

neq; eni alia speculis aptior est materia
neq; picturis acco modatior inuenit. ma
ximus tñ honoz est in candido vitro qm
colore primus est crystallo vñ ad potan
dum argenti et auri metalla repellere
suevit. vt di. **¶** Item ibidez dicit idē
q; in genere vitri lapis obsianus nume
ratur. Est asit virens interdū et niger. a
liqñ etiam transucidus crassioze vñ
vocatur specularis. ex hoc lapide multi
gemmas facit vt di. **¶** hoc at h; ppiū
omne vitriū cū sit liquefactū q̄dū ē v al
de liquidū summe est ductile. infrigida
tum vñ et induratū summe est fragile ⁊
facile frangibile et cū fuerit fractū si po
terit iterata liqfactioe repari. Quidā
tñ fecerat vitriū flexibile. ⁊ malleo repa
bleret refert **¶** vñ ⁊ phialā corā tiberio
cesare d tali vitro factā i frā piccit quā
non ruptam sed plicatam cū malleo re
parauit vel emēdauit. quē iussit cesar d
collati. ne dñ hoc agnitū fieret aurū pro
luto haberet. et omne metalloz p̄ciū vi
le redderet. qz reuera si vasa vitrea non
frangerent meliora q̄ aurea putarētur.
vt di. **¶** Est ergo vitriū specialiter pur
et p̄spiciū luci p̄ciū imaginū et ymbra
rū rep̄ntatiū. ductile qñ est liquidū. fra
gile qñ est frigidū ⁊ induratū oīm color
susceptiū colore potius q̄ valoz gem
marū nobilitū imitatiū ⁊ immūdiarū
absterisū vt di. **¶** Quic. puluis enī ei mū
dificat dentes. et in oculis delet albugi
nes. cōuenit etiam valde lapidi vesice ⁊
renū qñ bibit cū vino. vt di. idē Quic.

Capitulū. CI

De ydechite

Ydechites est lapis p̄ciosus ⁊ co
lore fulu. figura rotundus itra
se habens aliū lapidez cuius cre
pitu sonorus est q̄uis tynnitiū illū non
interiorē lapillū sed sp̄m quendā inte
riozem sapiētes dicant vt di. dyasco. hic
lapis erudat aquā ita vt videat intra se
fontanā scaturgiē otinere. vñ qdā dicit
hū esse lapidē q̄ d; enidros. q̄re. s. eodē

Capitulum. CII

De yrachite

Yrachites est lapis q̄ gestat ab
hoienō mordet a mulcis nec api
b; infestatur. vt di. dyasc. et cre
ditur valere cōtra venenum.

Capitulū. CIII

De ymiech.

Ymiech est idem qd lapis laz
urij. et est lapis vel vena terre. vñ
fit lazurij. vt d; in lapi. Est au
tem lapis iste tanto melior q̄to colorē
celesti est similioz. et h; quedā corpuscu
la q̄si aurea interserta. ille autē q̄ est sub
albidus plus h; terrestitatis. et ideo
non ita p̄ciosus. diutissime pōt seruari
sine corruptione. valet cōtra multas pas
siones ⁊ cōtra sincopim ex fumis melan
colicis. si debito mō terur patienti. **¶** Nū
q̄ aut d; dari nisi prius subtilissime cō
terat ⁊ multotiens abluat. et signū est p
fecte abluitionis qñ aqua in q̄ abluat pa
rum aut nihil colorat. miro autē mō pur
gat ⁊ soluit q̄rtanā. nec debet dari cū te
coctione qz descēderet vsq; ad fundū sed
ante vel post def. et hoc cū sero vel acetore
hētur in pla. et sicut ex laminis ferret
is fit cerula sic fit lazurij ex argēteis cū a
ceto. lapis aut lazurij sepe inuenit in mi
neris argētinis ⁊ aurifodinis et in suis
venis sepe saphiri et iacinti ⁊ cōsiles la
pides blauē inueniuntur vt di. dyasco.

Capitulum CIII

De yngnite

Yngnites lapis est vitrei colo
ris qui gestatus in collo valet d
nictilopā. et sanguinē stringit
mē alienatōez repellit ⁊ si tenet ad lig
ū accēlū extiguit flāma e. vt di. dyasc.

Incipit liber XVI

De artubus et herbis ⁊ eaz p̄rietatib;

Hic adiuuante teo cō
pletus est liber vel tracta
tus de p̄rietatibus rerū
que in terra intrinsecus
generāf. s. de lapidib; ⁊ gē
gemis ac metallis ⁊ alijs

que nascuntur in trece venis. dicendum est breuiter de arboribus et herbis et fructibus ac seminibus que ex eis mediatis radicibus precreantur. solummodo autem de illis arboribus et herbis aliis sunt hic dicenda. de quorum nomine fit mentio in sacra pagina in textu vel in glo. et hoc put poterimus faciemus per ordinem alphabeti.

Capitulum. I

De arbore

Arbor. ut dicitur in libro. li. xvi. c. v. ab arboris nomine suspicitur. eo quod adhaerere terre fixis radicibus consuevit sicut herba. utraque enim filia sunt quo ad ortum quod ex vno gignitur alterum. nam dum seementem in terra ieceris quasi herba prius pullulat et erumpit. dehinc confecta surgit in arbore et quod infra breue tempus spatium herba videbatur indurat in arbusta. id est in arbore nouella et tenetia conalescit. et est dicta arbusta quasi arboris basta. nam arborista dicitur locus ubi arbores conuolant et ubi salices salictum et carecum ubi carices ut dicitur in libro. li. xvi. c. v. de vegetabilibus ponitur iste arbor et plantarum proprietates dicitur enim quod in arboribus et plantis est vite. id est vegetabilis virtus que admodum in animalibus sed differenter. quod in plantis est oculta. in animalibus manifesta perfecta scilicet et completa. arbores enim non mouentur motu voluntario nec progressiuo sic animalia. nec mouentur secundum appetitum et delectationem et tristitiam sicut animalia. quauis aliter senserint aliter qui philosophi ut anaxagoras et alii quos redarguit Aristoteles. Quia itaque vegetabilia sunt in plantis per quam fit attractio humoris ad ipsius arboris vel plante nutrimentum vel conseruationem. sed nullatenus habent sensum animalium. unde non dolet quasi inciditur. nec delectatur quasi nutritur et cibatur. nec vigilat nec dormit nec spirat vel expirat. nec subiacet aliis conditionibus que sunt proprie sensu. nec generat arbor nec generatur per fertum conuersionem. sed in se habet seminale per quam habet se produci potentiam sibi sibi et suam speciem conseruari. sed habet potentiam non potest produci in actu nisi ab extrinseco adiuetur. scilicet a tempore anni. Indiget et hyeme ad humoris seminalis aggregati-

onem. Indiget et vere tempore a deusdem emissionem. quod tunc nec est vehemens frigus congelans vel exprimens nec calor vehemens adurens semen ac corrumpens. Indiget etiam sole resoluente partes ipsius costrictas a precedere frigore. ut calor in grediens segreget humorem seminarius a nutritiuo. Indiget etiam terra plusquam aliud generans. quod ex terra est materiale principium sui nutrimenti sicut principium generationis sue est a sole sicut a causa efficiere. et idem ut ait Aristoteles in libro. de plantis. Terra est mater et sol est pater plantarum. quod terra nutrit more matris. et sol efficit more patris. Quidam vero considerantes in arboribus et plantis generationem cibationem. augmentationem. durationem et ex radice annuam renouationem et nullam penitus per vniuersam vel secessum eiectionem putauerunt plantam animalium perfectiores. Sed hoc reprobat Aristoteles dicens. quod arbor que est alligata terre non habet motum ex se. nec est sicut foto. nec ex suis partibus. nec habet formam determinatam in suis partibus. ita quod diuersae partes determinentur diuersis operationibus per formas diuersas. ut oculus in animalia ad videndum et auris ad audiendum nec habet animam perfectam imo non habet nisi partem partis anime. id est animam vegetatiuam. sed animal habet operationes plures et nobiliores quam planta. ideo animal nobilior est omni planta. Diuersificat autem arbor quo ad substantiam virtutem et operationem. nam ut dicitur in libro. de vegetabilibus. c. ij. Quaedam arbores habent gummi et resinam. cuiusmodi est quod humor superabundans a calore totaliter non digeritur. nec etiam totaliter a regimine nature dimittitur. et idem repellitur ad exteriora. et ibi a frigido aere circumstante infrigidatur. Item quedam habent nodos quod illis mediantibus partes successive generate adinuicem colligantur. Item habet venas. id est rimulas in quibus naturalis humiditas custoditur et a terra ad partes singulas tenuatur. Item habet ventrem. id est medullam in quo fit humoris decoctio antiqua transferatur in substantiam foliorum fructuum et ramorum. ut dicitur idem. Item corticem habet ad interiorum ligni defensionem. quod quod facit corium vel cutis ico-

poris aialis superficie. hoc facit cortex arboris. ut dicitur. **I**tem habet generaliter lignum siue truncum ut dicitur. **A**rest. et est dicitur secundum **I**tem. eo quod incensum defacili in lucem convertitur unde et lignus dicitur eo quod partibus prestat lumen. **L**ignum itaque est pars arboris fortior et solidior et substantialior que a radice exiens usque ad summitatem ipsius arboris se extendit. **E**t habet quedam intrinsecam ut medullam ad quam est recursus nature cum subtrahitur humor cibalis extrinsecus. sicut in cibatione aialis quasi deficit nutrimentum in membris ad sanguinem exantem in venis continue fit recursus. ut dicitur. **A**bu. et expresse **R**uiceni. et **C**onstan. **H**abet insuper quedam extrinsecam sibi annexa arboris ut corticem ramos folia flores fructus et summitatem. **E**t ibidem dicitur **A**rest. corticem habet ad omnem interiorum defensionem ramos et virgas ad sui dilatationem. folia ad fructuum nouellorum productionem ab extrinsecis corruptelis. fructus ad sui speciei conservationem. rotunditatem siue rotundam similitudinem habet arbor in hoc complemento quasi figuram colunalem que videtur dicitur. **A**bu. et accidit propter unum formam extensionem humoris ad partes laterales et in forma caloris digerent humoris tota sui substantia actionem. **H**abet adhuc omnis planta vel arbor radicem. et in radice multiplicem nodum. radicem quippe loco oris que mediante trahitur humor ad totam substantiam arboris nutriendam. non dicitur sunt siles nervis in corpore animalis. quod per illos nodos partes adinvicem continuabiles colligantur. **I**tem arbores habent quasdam partes superfluas que non sunt partes determinate a natura nec sunt necessarie ad esse plante et habent esse in arboris sicut pilis et unguibus in corpore. **E**t ideo cadunt folia et fructus ab arboribus sed propter subtractionem humoris sicut cadunt pilis de corpore aialis. et hoc accidit. quod quando humor nutritivus minus est sufficientis subtrahit ipsum natura ab hominibus partibus non necessariis ne deficiat in necessariis. et ideo cadunt generaliter ab arboribus tempore hyemali. remanent tamen in aliquibus ut in buxo et cossilibus. vel propter sufficientiam humoris. vel propter hu-

moris viscositatem et ligni compactiones et soliditatem. **N**am arbores que raras substantiam et porosam sunt habentes citius a suis folijs depauperant et maxime quasi humor nutritivus liquidus est atque paucus. **D**ifferunt autem arbores in multitudie suarum partium et paucitate. in magnitudine et puritate. in fortitudine et debilitate. **U**nus causa est humor qui in aliquibus magnis arboribus est lacteus. ut in ruyibus. et humor talis abilis est ad se deferendum in latum et in longum. **I**n quibusdam vero est piceus viscosus et insufficientis ad extensionem. eo quod partes adherent adinvicem ad modum picis. ita est causa puritatis et paucitatis in partibus arboris et plantarum talis autem viscositas non est causa debilitatis in plantis et arboribus. nisi fuerit diminutus calor insufficientis et imperfectus. **I**n quibusdam etiam arboribus est humor acutus calide et sicce complexionis et hic in quibusdam est causa fortitudinis et vigoris. calidum enim est leve et subtile et penetrativum et ideo talis humor se extendit et crescit arbor in magnam quantitatem. **I**tem in partibus arboris attenditur equalitas et similitudo. quod equalitas in quantitate et similitudo in figura causarum ex abundantia materie cum equalitate caloris agentis. et oppositum a causa opposita causarum. **E**odem modo attenditur in raritate siue spissitudine quod raritas accidit propter insufficientiam caloris ad terminationem humoris. spissitudo autem accidit propter sufficientiam caloris ad reductionem humoris et eius terminationem. **I**tem differunt arbores et plante in modo fructificandi. nam quedam ut ibidem dicitur **A**rest. produunt fructum super folia sua. et hoc accidit propter fortitudinem fructus et indigentiam caloris solis digerentis humoris ipsius. quedam vero sub folijs. et hoc accidit propter debilitatem fructus ne ab excellenti calore vel frigore corrumpatur. et quarundam fructus est suspensus a stipite suo. id est prope stipitem. et hoc accidit propter insufficientem humorem et insufficientem calorem ipsum ad extremitates expellere non potest. **I**tem omnis arbor generaliter ha-

bet radicem que est mediatrix inter cor-
pus plante et terram aqua cibatur. unde
radix vite plate dicitur secundum grecos quia
cum vite plantis adducit. Item habet stipi-
tem a radice immediate precedentem et
hoc fuit necesse ut dicitur Albu. propter cor-
poris plante vel arboris sustentationem unde
assimilatur stature corporis animal om-
nia membrum corporis sustentantis. unde est
stabile fundamentum arboris sustentans
ramos et fructus eius. Item in duro sti-
pite habet medullam mollem quam ut di-
citur Arest. quidam vocant arboris matrices
quia in ipsa seminarius humor plante nu-
trit. ut fetus in matrice. quidam vero
vocant arboris viscera quia in ipsa separtur
purum ab impuro sicut fit in animalium in-
testinis. quidam etiam vocant eam cor-
quia ex ea procedit motus vite vegetabilis si-
cut vita sensibilis procedit de corde cuius-
libet animalis. Item corticem habet omnis
arbor ad suam terminationem et interiorum
defensionem ex humore subtili extracto
ad exterius et per calorem aeris desiccato sic
cut lignum interius ex humore grosso sic
coessentialiter et accidentaliter humidum
creatur. ut dicitur Arest. et Albu. Item arborum
sicut et plantarum quedam sunt sine
stipes et ortenses. quedam vero sunt silue-
stres. arbores vero ortenses sicut sunt plate
si non fuerint culte erunt siluestres. ut
dicitur Arest. et habet arborum quedam faciunt
fructum et etiam oleum. propter humorem
vinctuosum et aereum sufficientem et quedam
non. propter talis humoris defectum. et in
quibusdam cito folia cadunt. propter humorem
rari non vinctuosum cito siccabilem. et in
quibusdam non. propter causam contrariam.
Item sicut est diversitas arborum et plantarum
in magnitudine et puritate sicut est di-
versitas in pulcritudine et deformitate.
nam eis accidit pulcritudo propter equa-
litate materie et elegantem partium or-
dinationem et calorem sufficienter agere
tem et extendentem materiam in rectam
et debitam nature dispositionem. deformi-
tas vero causatur ex contrario tam in arbori-
bus quam in plantis. Item dixerunt in bo-
nitate fructuum et multa malignitate. et hoc
accidit propter maiorem humoris materi-

alis dulcedinem vel minorem. et propter
calorem magni vel minus correspondentis
materie vel humori materiali debitam pro-
portionem. Item dicitur ibidem Arest.
quod arbores et plante siluestres magis fru-
ctificant quam ortenses et hoc dicitur Albu. acci-
dit propter maiorem abundantiam humoris
parum vinctuosi et nodosi de facili ce-
dentis divisioni et expulsionem et in substan-
tiam fructus conversionem. nihilominus ta-
men fructus ortenses sunt meliores sim-
pliciter quam siluestres. ut dicitur ibidem Arest.
cuius ratio est ut dicitur Albu. maioris humo-
ris vinctuosi aerei vel dulcis abundantia
que in materia fructuum ortensium perfecta
invenitur. Item consideratur arborum diver-
sitas sicut plantarum ex loci diversitate in
quo crescunt. nam quedam in locis ar-
idis crescunt et siccis. et ille sunt minoris
quantitatis propter defectum humoris. que-
dam vero in locis humidis fluviatilibus et
maritimis ac stagnosis. et tales solent esse
maioris quantitatis. nam ille que crescunt
iuxta ripas marium salis non multum
crescunt propter abundantiam arenarum et
humoris attracti nimiam siccitatem. iux-
ta tamen mare rubrum fallit hoc. ut dicitur
Arest. ubi arbores fiunt magne. et hoc
ut dicitur Albu. propter abundantiam humo-
ris et caloris. Item attenditur diversitas
in foliorum et florum variatione. nam quedam
habent folia aspera scilicet propter dominium
terrestre itatis et siccitatis. quedam levia pro-
pter equalitatem aquee humiditatis et
proportionem debitam caliditatis. folia eti-
am habent quedam scissa et tamen lata ut
vitis. quod accidit propter dominium
terrestre itatis et privationem viscosita-
tis et inequalitatem caloris materiam
inequaliter extendentis. quia in talibus hu-
mor vinctuosus et viscosus transit in ma-
teriam fructuum. aquosus vero et terre-
stris in materiam transit foliorum. ut dicitur
Albu. Item variantur arbores et plate
in extremitatum partium suarum varia
figuratione. nam quarundam extremita-
tes sunt pyramidales et acute. ut in spi-
nosus in quibus calor subtiliorem humo-
rem velocius attrahit ad exteriora et illum
desiccando convertit in acumen. grossior

rem vero partem coniungit cum stipite
 ⁊ radice. vt di. **Albu.** cōtraria autē figure
 ex causa cōtraria generant. et hoc idē ptz
 in fructibus qui vt di. **Arest.** sunt diuer
 sorz modoz non enī sunt omnes angulo
 si. i. figure angularis neqz omnes sup re
 ctam lineam sunt ptensi. imo quidā sūt
 circulares ppter equalem materiaz hu
 moris ⁊ equalem actiōem virtutis agēte
 et caloris p quem materie ptes equalitē
 extendūtur. et a medio vsqz ad circūse /
 rentiam vniūformiter ptendunt. **Augu /**
lares vero ex cā cōtraria simpliciter ori
 untur. **Item** variantur in coloratione
 diuersa. nam tam fructus qz flores. tam
 rami qz stipites in arboribus variantur
 vt di. **Arest.** **Et** humore enī frigidō ter
 restri melancolico nigrescūt ⁊ vilescunt
 ex humido ⁊ frigidō altescūt. ex calido ru
 lescent. ⁊ sic de alijs vt di. **Albu.** sub tali
 enī dria dñantis humoris ⁊ agentis ca
 lozis subām digerentis in pñctis om
 nibus sapoz dñie generant. **Item** diffe
 runt tam arbores qz plante in fructuuz
 maturacione. nam quedaz maturescunt
 citius vt di. **Arest.** sicut mora et celara.
 et cōsilia. et hoc accidit ppter sufficiētā
 caloris. potentis sup humidū. maturan
 dū ⁊ digerendū ⁊ obedientiā hūioris acti
 oni caloris nullatenus resistentis. que
 dam xō maturos hñt fructus tardius p
 pter grossiciem humoris a quo sijnole
 dientis ⁊ insufficiētiam caloris digerentis.
 et hoc accidit potissime in arboribz q
 sunt siluestres. **Eadem** est rō quare qdā
 arbores citius frondescūt ⁊ qdā tardi
 cito enī emittūt folia. ppter abūdātiā hu
 moris aquei indigesti non vnctiosi sed
 fluidi ⁊ de facili se extendētis ad arboris
 siue plante extremitates. ⁊ ex cōtraria
 cā sūm accidere consuevit.

Capitulum. II

De arborē aromatica

Arbor aromatica aliquando ha
 bet aromaticitatem in cortice a
 liqui in flore. aliqui in fructu suo
 vt ptz in cynamomo qd est cortex. et in
 mace qd est flos et in muscato qd est fru
 ctus. **Et** autē cā aromaticitatis vt di. **Al**

bu. sicut terreū subtile cōmixtum sub
 tili aqueo et sū eius dñium magi i vna
 pte arboris qz in alia est vna pars magi
 aromatica qz alia. alia vero arbor est tota
 aromatica sū omēs sui partes vt arbor
 balsami cuius singule partes sunt odorū
 fragrantiam respirantes. vt post dicit.
Inter aromáticas vero plantas ⁊ arbo
 res quedam grana in quibus est rō semi
 nalis pcreant. quedam p se ex cōpetenti
 cōmixtiōe elementoz pducunt. quedaz
 ex radicis vel stipitis plantatiōe multi
 plicātur. quedam per insertiōe surculi i
 trunco esse debituū sortiūtur. vt di. **Al**
bu. **Inter** omnes arborū insertiōes ille
 sunt magis laudabiles quando filia fili
 bus inseritur. vt di. **Arest.** qd duplici
 ter intelligit vel in plantis cōsimilis spe
 ciei vt insertio ficus in ficum. vitis in vi
 tem. vel de illis que patent humore pro
 portionabile inter surculum ⁊ truncum
 cui inseritur. ita qz humor vnus sit apt
 ad alium nutriendū. sicut quādo surcu
 lus piri in trunco mali inseritur vel eō
 uerso. **Item** notabile est qz surculus. in
 fertus alteri trunco totam virtutē trun
 ci in suam virtutem conuertit ⁊ transmu
 tat qualitātē. si enī fiat insertio oliue su
 per radicē siue truncū lete virtus oliue
 descendit in virtutē lete ⁊ indurat eam
 ⁊ facit eam durare per aliquod tempus.
 et tandem humiditātē ibi existentē ad se
 attrahit ⁊ transmutat in suā similitudi
 nem aut conuertit vt dicit **Albu.** super
 finem primi libri. **Item** dicit idem. nō
 pueniunt de facili ex semine malo plan
 te bone. nec ex bono semine vel radice ar
 bores male. **Quis** in animalibus sepius
 contrariū videatur. cuius ratio est. vt dicit
Albu. qz planta est terre affixa ⁊ vni
 forme recipit a terra nutrimentum. **Ani**
malia vero non sic propter varietatē cō
 plexionis ⁊ etiam ppter contrarietatem
 appetitus siue appetibilis voluntatis. et
 ideo aliud est in animalibus aliud in ar
 boribus. **Item** in omni genere arborū sic
 est qz per culturam debitā siluestres con
 uertuntur in ortenses. et ponit **Arest.**
 ibi exemplū qz amigdali amari per cultu
 ram efficiuntur dulces. **Similiter** ⁊ ma

lagranati acidi mediocres. **Dicit** etias
 q' arbor habens grossitū corticē cito fit
 sterilis. et hoc accidit vel ppter defectū
 cūcti humoris qui est materia fructuū
 vel ppter duriciē corticis phibentis eua-
 poratiōem grossi qd in arborē est nociuū
 sed di. ibidem q' si scindat radice eius et
 illi scissure lapis immutat rursū fecū
 da fiet. cuius rō est. vt di. albu. qz p istā
 scissurā fit nociuū grossi euaporatio ⁊ ca-
 lor solis vel aeris circūstantis introdu-
 ctio cuius virtute fiet ipius humoris cor-
 rupti cōsumptio. **Item** ibidē amigdala
 et malagranata mūtant a malicia pcul-
 turam. nam malagranata a stercore por-
 cino simata ⁊ aqua dulci rigata meliorā-
 tur. cuius rō est vt di. albu. qui a p cali-
 ditatem ⁊ siccitatem hui' fimi supstui /
 tas aquosa reprimit in granatis. sed ne
 p excessum caliditatis ⁊ siccitatis fimi
 uertat fructus in amaritudinē. cōpōit
 apponere aquā dulcē caloris ⁊ siccitatis
 dñiū t'pantem. **Sicut** amigdali vt dicitur
 ibidē d' anis q' sic gumip multū t'pō
 emittit ⁊ aquosam supstuatē impediēs
 tem generatiōem vinctuosi humoris qē
 materia fructuū. ita p hęc a sita malicia
 alterant. vt di. albu. **Item** ibidem arbo-
 res ⁊ plante siluestres p arificiū ⁊ d'ru-
 ram fiunt ortenses fructifere ⁊ fertiles.
 ad hoc aut vt siluestris planta fiat fructi-
 fera vel alterē in tonitate a malicia m-
 tum cōfert locus ⁊ labor in colendo ⁊ ma-
 xime t'pō anni in quo plantat sic ibi di.
Arest. exponit exemplū de voleno. i. iulij
 amo. qz qd est natū in p'ia est pnciosus
 sed transmurtatū ⁊ transplantatū in egyptū
 ⁊ in hierlm fit cōmestibile. ⁊ hoc acci-
 dit vt di. albu. qz p t'pamentū loci a di-
 stempantia ad mediū reuocat. **Item** ta-
 li transmurtationi maxime coopar t'pō. vt
 di. **Arest.** arbores q' indigent plantatiōe
 plantant ples in vere. ⁊ hoc ppter t'panti-
 am caloris ⁊ hūiditatis cōfortatiū cal-
 ditatē ⁊ hūmiditatē arbor ⁊ plantarum
In hyeme vō paucē ppter supabundan-
 tiam frigiditatis ⁊ hūiditatis. sed in au-
 tūno ppter frigiditatē ⁊ siccitatē. paucis-
 simi vō in estate post ortū stelle canicule
 et hoc ppter dñiū caloris ⁊ siccitatē con-

sumentium humidū ⁊ naturale in plā-
 ta et p'cipue in radice. **In** egypto vō sel-
 m' anno fit plāratio qñ. i. terre illius sic-
 citas t'patur ex fluru nili vt di. **Arest.** et
Albu. **Item** ibidē d' q' arbores diuersimo-
 de pducūt frondes suas. nam qdā ex ra-
 dice quedā ex stipite. quedā iuxta terrā
 quedā in ramis ⁊ vūgis iuxta summita-
 tem. quedā in medio. **Tā** diuersitatē hui-
 us in pducēdo est diuersitas hūoris a-
 quosi subtilis lenis ⁊ nō vinctuosi q' ē ma-
 teria folior ⁊ eq'liter nō abūdat i oib'. et
 opatio caloris est dissilis in diuersis. et
 iō dissilē ex illo humore pducūt frōdes
 silt qdā fructificant semel in anno ⁊ q-
 dam pluries. ⁊ nō maturant fructus vl-
 timi sed crudi remanent ⁊ indigesti. qz
 ppter vicinitatem hyemis calor nō suffi-
 cit ad maturandū. semel aut fructifica-
 te pfecte magis est cōsuetū. qz semel in
 anno semen colligunt. et semel sufficit
 calor ad extensionem humoris ⁊ ad ex-
 tremitates arboris ⁊ ad cōuersionē eius
 in subām fructus ⁊ eius cōpletaz matu-
 ratiōem. **Item** quedam arbores sunt fec-
 tiles p multa t'pā. ppter abūdantiā ca-
 liditatis ⁊ humoris vinctuosi sicut ficus
 et quedā vno anno fructificant ⁊ alio re-
 quiescunt vt oliue. cuius rō est. qz i se qñ
 ti anno reficiunt restaurando sibi humo-
 rem. tantū enī emittūt vno anno ad sub-
 stantiā fructus q'tum requirit secun-
 dus annus ad humoris restauratiōem
 licet multis pducant ramos t'pē refe-
 ctionis. modicū tñ tunc t'pō pducūt fru-
 ctum. **Item** quedā arbores sunt fertiliores
 in iuuentute qz senectute. qz in iuuentu-
 te plus abūdant in calore ⁊ hūore. que-
 dam vō ecōuertō plus fructificant i se-
 nectute qz in iuuetute. cuius rō ē. vt di.
Alber. q' in iuuetute plus abūdat de hu-
 miditate qz naturalis calor possit dige-
 rere ⁊ ita fit inobediēs calori. in senectu-
 te vō minorat humor et fit obediēs dige-
 stioni caloris. et hoc p'z in amigdalē et
 p'ris sicut erēplificat ibi **Arest.** **Item** di-
 cit **Arest.** q' tam arbor qz plantaz silue-
 strū ⁊ ortensū diuersitas discernit p ma-
 sculos ⁊ feminas. qz arbor mascula ē spū-
 hoz durior ⁊ tenior ⁊ ramoz qz femia

et ficcior et fructus eius breuior et matu-
rior. et folia diuersa et surculi quorum olim
est di. **Alter.** quod masculi arbores pl^u
abundant in calore et ficcitate quam femine
quo partes masculi vel in enter constrin-
gantur adinuicem et faciunt arbores spif-
fiozem. **Intensio** enim caloris multipli-
cantis humorem et extendentis in plu-
res partes facit ramosiorem. sicut etiam in
tensio ficcitatibus consumens humores ef-
ficat ficcior. **Soliditas** etiam et stru-
ctura venarum arboris masculi prohibet hu-
morem multum emitti ad unum locum ar-
boris siue plante. ut reuertatur in substā-
tiam fructus. et ideo fructum habet breui-
orem. folia similiter habet diuersa a fe-
mina. quod asperiora et minora ac strictio-
ra propter humiditatis ficcitatibus. similiter et
surculos duriores habet quam femina. et
propter maiorem humiditatem extenden-
tem in femina magis quam in mascula. **Item**
dicit **Arest.** Quod si folia vel puluis folio-
rum vel cortex masculi palme. folijs fe-
mine componantur ut coherant citius ma-
turabunt fructus femine et prohibebunt ca-
sum foliorum et fructus donec completa
fuerit digestio. **Et** huius ratio est. ut di-
cit **Alter.** quod mascula palma mediate aere
referente auget calorem femine quo
mediate excitatur calor eius ad operatio-
nem digestionis. quam **Arest.** pensis vo-
cat in li. meth. **Item** dicit **Arest.** quod di-
scernitur masculus a femina per pullulati-
onem velociorem foliorum. prius enim pul-
lulat quam femina propter calorem fortio-
rem et etiam per odorem. quod mascula plus odo-
rat quam femina propter maiorem subtilitatem
fumi sicci resoluti a mascula non a femina
Item dicit **Arest.** quod ventus defert odorem
masculi ad feminam et maturabuntur ci-
tus eius fructus simulque cohererunt par-
tes scilicet fructuum femine ad maturatio-
nem quando folia masculi in illa scilicet in fe-
mina sunt appretensa. **Dicit** etiam **Alter.**
quod folia masculi palme coniuncta folijs fe-
mine ita adinuicem cohererunt quod vix po-
terunt sine scissura ab inuicem separari
Item di. ibidem **Arest.** quod ficus siluestres
coferunt ficibus ortensibus quam ex oppo-
sito coplantantur. quod siluestres sunt cali-

diores et ficciores. et ideo excitant calo-
rem ortensium et confortant. **Item** huius
ficus siluestris resolutus et delatus ad ra-
dicem ficus ortensis ipsum nutrit et confortat.
Similiter di. ibidem **Arest.** quod balau-
stia qui est flos malagranati. sed hic po-
nitur per arboris scilicet malagranata. olius
ferunt si cum eis plantentur eo quod balau-
stie abundant in calore conueniente natu-
re oliuarii. **Hec** de proprietatibus arborum
et plantarum contraximus de perbis **Arest.**
li. i. vegetabilium. et glo. **Alter.** qui tran-
stulit et exposuit eundem **In** li. autem a li-
lium. viij. dicit **Arest.** omnes arbores
que fructificant omni anno fiunt segnes
Arbores inquit que nimium faciunt fructum
cito desiccantur quam cibus transit in fessum
id est humor nutritiuus qui veteret nu-
trire transit in materiam seminale. **Ali-**
as proprietates notabiles et insignes tam ar-
borum et herbarum quam plantarum possumus
elicere ex verbis **Arest.** et **Alter.** in li. ij.
vegetabilium vbi dicit. **Planta** huius tres
vires. nam a terra habet fixationem. ab a-
qua coadunationem. ab igne vero consoli-
dationem et primum terminationem. ex aere
et igne habet raritatem et dilatationem
ac extensionem. fructuum completionem
ac maturacionem. **Sine** enim calore et hu-
mido aquosum non terminatur et finitur.
vbi ibi in exemplo **Arest.** **Nam** later
non coagulatur nec terminatur esse la-
terico sine igne partes aqueas humi-
te. et terreas pariter coniungente. **Ex** aere
et aqua pariter et ex igne habet arborum
raritatem et porositatem. ex aqua habet au-
gmentandi possibilitatem. quod quod om-
nino solidum est augeri non potest. vbi ibi
dem dicit **Arest.** et ideo lignum maxi-
mum et ponderosum non habet mergi in
aqua vbi modica particula auri submer-
gitur aut lapilli. et hoc accidit quod lignum
est porosum. et ideo per aeris subintratio-
nem intra poros super aquae superficie habet
ferri. ligna vero que sunt ultime sol-
ditatis et compactionis sicut betenus et co-
filia. in aqua subito perunt fundi. vbi di.
Arest. ibidem. et. iij. meth. vbi dicit. quod
ex beteno nigro exspirauit aer. et ideo sub-
mergitur. **Pozosa** autem et vinctuosa su-

perenatant quia multum habet aereita
 tismateriam cōtra aque supficiem ele
 uantis. vt patet in folijs 7 plumis vñ pē
 nis 7 omnibus vnctuosis. nam vt dicit
Arest. Propriū est aque subāz aereā sub
 leuare 7 compacta deprimere. et tō rara
 et proza aeris susceptibilia supenatāt.
 compacta vero 7 compressa inferiora perfit
 et ad infima se pfundunt. Itē vapores
 terrestres 7 aquei p calorem coagulati
 sunt materi a herbar et plantar qui per
 micri p calidū igneum 7 p virtutem stella
 rum recipiūt formas cōplētiuas herbar
 et plantarū. 7 hoc quo ad semen 7 quo ad
 fructum. Calor itaqz inclusus in coagu
 lato sic humore ad plante nutrimentus
 attrahit aquam dulcem. cui etiam coo
 peratur extrinsecus calor solis. Actio au
 tem caloris exterioris cum ppria calidi
 tate naturali digerit naturalem humo
 rem in eodem loco et cōuertit in substā
 tiam plāte. Unde fm **Aresto.** terra mon
 tuosa qz est dulcis dulcem cōtinens hu
 morem. ideo in illa citius nascūtur plan
 te 7 maturant fructus. Nam montes at
 trahunt humorem dulcem et subtilē. q
 bus cooperatur claritas aeris tam in at
 trahendo qz in digerendo. 7 fit cito dner
 sio illius humoris in subām. plante. vt
 di. **Arestote.** Item dicitur ibidem qz
 qz frigus scz aer frigidus fugat calozē ad
 interiora terre 7 aggregantur partes ei
 cum aqueo humido 7 p calozem depref
 sum a comprimente frigido ad interiora
 ra decoquitur vapor sic coagulatus et in
 substantiam plante cōuertitur 7 scindit
 locus p intensioez calozis et sic egredi
 tur ex eo planta. Item quandoqz aer mi
 ritus cum terra 7 cum aqua in fundo aq
 coagulatur 7 p actionem calozis termi
 nantis 7 digerentis illud mixtum cōfu
 sum generatur plāta vt ptz in neniphar
 et in alijs herbis minimis que solēt cre
 scere in aquis 7 quarū folia tegūt aquā
 et hē nascūtur sursum non expanse. tum
 ppter subtilitatem aeris et aque dulcis
 sursum eleuantis. tum ppter soliditatē
 terre radices inferius sustentantis a q
 planta recipit rigozem radices et stipitē
 sustentationem in sua erectione. Item

Aresto. ibidem in locis essentialiter fri
 gidis et accidentaliter calidis vt in qui
 bus aqua calida fluit multotiens nascit
 planta. qz calor aque cōtrahit frigidum
 humorē ad supficiem terre in locū mixti
 onis. vñ et aere et vapore terreo cū hūo
 re aque imbibito p calozem aquez stella
 rum in plante substantiam coagulantur
 sed hoc non fit nisi per multum tps vt di
 cit **Arest.** ppter calozem accidentale nō
 cōuenientem generationi talis plante.
 Item ibidem di. **Aresto.** qz plante come
 stibiles melius crescunt in locis lenibz
 et altis et calidis qz in his cōtrarijs qz
 in locis planis et equalibus abundat hu
 miditas et maxime qm dulcedo adest et
 aeris temperies. sicut in locis tene alē. qz
 ibi etiam puritas aeris 7 abundātia hu
 moris dulcis et hoc ppter spongiositatē
 7 vapozem dulce attrahentem. 7 iō in mō
 tibus frequēter melior ē fertilitas 7 me
 liozes crescūt fruct. in valle enī diffici
 le mouet aer. Vñ ex cōculcatiōe ibi cito
 putrescat aer 7 vapor grossus. vñ sequit
 praua digestio. Hinc ē qz ibi luenit hu
 mor salus. vt di. **Albu.** aq enī salia gra
 uior ē qz dulcis vtz in exēplo **Arest.** ibi
 dē vbi dicit. Quum positū in aq dulci
 statim petit fundum. in salia vō natabit
 terrestre itare enī sua 7 grossicie poterit
 pondus oui sustinere. et tō aqua dulcis
 facilius attrahit ad loca alta qz salia. scz
 ppter suā repuratiōem subtilitatē et le
 uitatē. Itē **Arest.** lutū ignitū. i. firmū et
 tenax cito pducit plantā vinctuosam. p
 pter facile transmutatiōem talis luti in
 vinctuositatē. vt di. ibi **Albu.** Et ad hoc
 vt durabilis sit plauta optet vt hēat te
 ne digestum humorem et vinctuosus. vñ
 ille plante que habent indigestū humo
 rem supueniēte frigiditate cito arefcūt
 vñ et caulis vltra triennū nō durat. tñ
 si ei inseratur ex natura plante insite in
 stipite fiet decoctio 7 cōuertit in naturā
 insite. et durabit diu. Item vt di. **Are
 sto.** planta crescit qz ex lapide solidoz
 duro. nam aer inclusus in lapide nititur
 ascēdere sed cū nō inueniat exitū liberuz
 ppter lapidis soliditatē reflectit 7 mouet
 ad lapidis ptes et ex sua agitatione ca

lesit. calefactus aut aer attrahit sursum huius
modi residuum quod est in lapide. et ex vaporibus
cum humore illo cum pura resolutione primum lapi-
dis. et ex illo vapore et humore de lapide e-
ducto quicquid planta generat adiutorio ca-
loris solaris et aeris prius calefactum vigo-
rantis ac digerentis humore a lapide iam
attractum et in substantiam plantae transmutantis
sed non diu durat planta talis nisi terra circum-
stante et dulci aqua irrigate. et tepore aere
soueat. et hoc propter humoreis paucitatem. **Item**
Arest. planta si fuerit prope solem. id est versus ori-
entem citius nascetur et hoc propter sufficientiam
caloris. tardius vero si fuerit ad occidentem pro-
pter caloris elongationem. **Item** ibidem dicit
Albu. ex temperie seruatur cuiuslibet plante
incrementum. si enim nimia fuerit humiditas
opulans vite et potius pro quos debet nutri-
mentum ascendere ad arboris extensionem. eo-
dem modo si nimia fuerit siccitas restringunt
potius et sic planta non nutritur. **Item** **Arest.** que-
libet planta quattuor indiget. scilicet semine termi-
nato et in sua specie perfecto maturo et a pu-
trefactione seruato. et inueniendi loco. id est ter-
ritorio generationi plantae congruo. et aqua mo-
derata humore. scilicet tepore. et aere consue. scilicet me-
diocriter tepore quod dicitur. **Albu.** si aer fue-
rit nimis calidus calor naturalis euapora-
bit aptis poris. si nimis frigidus suffoca-
bit plantam. prima duo sunt necessaria ad
plantae generationem. scilicet duo necessaria
ad eius nutrimentum et conseruationem. **Item**
species et plantae medicinales quae crescunt in mo-
tibus ad rescedendum sunt minus delectabiles et
ad digerendum fructus habent duriores. et hoc pro-
pter vehementem coagulationem per calorem agentem
in humiditate. et ideo tales fructus non multum
sunt nutritibiles. ut dicitur. **Arest.** quod dicitur. **Al-**
bu. Quanto planta est magis medicinalis.
tanta minus nutritur. **Item** loca a sole remo-
ta non erunt plantarum multarum sicut nec a sal-
fecunditatis multe est in talibus locis. ut dicitur
citius **Arest.** cuius ratio est. ut dicitur. **Albu.** quod illi quae
sunt directe sub septentrione habent diem con-
tinuum per dimidium annum. per reliquum autem non
ctem. ibi ergo raro crescit planta vel ani-
mal. in estate enim non potest propter conti-
nuatiorem caliditatis. in hyeme vero non
potest propter continuatiorem frigiditatis. et ideo
dicitur **Aresto.** planta ibi generata non habet

vires foliorum nec fructum propter defectum
caloris agentis in tempore anni. et propter super-
fluitatem eius in alio. **Item** **Arest.** planta
multarum spinarum multum habet de humore
te vinctuoso. et cum se mouerit ille vapor
vinctuosus per calorem proprium cooperante
calore stellarum digeritur et conuer-
titur in substantiam plantae quae et inseritur. non
illam digestionem operatur calor vitalis
in planta cum calore extrinseco operante et
crescit planta insita gratia extensa sursum
Unde proprium est plantae multum spinose
ut in ea fiat insertio plantae alterius spe-
ciei. et hoc ut dicitur. **Albu.** quod habet multum
humores attractum ab exteriori calore vinctuo-
sum et ita coagulationem expulsi-
bilem a calore interiori in pluribus locis.
ita quod pars eius superior cuius expellitur est sub-
tilior et penetrabilior quam potest aper-
tite multos poros plantae et ipsos ingredi
et ipsam incorporare et consolidare plantae infer-
riori. Ita planta quae inseritur plantam si-
ue truncum cui inseritur transmutat in suam
speciem. et non eouersio. cuius ratio est. ut
Albu. dicitur. quod inferior planta monet super-
riorem per humorem et calorem quem ei trans-
mittit. sed superior humorem attractum vel
terius digerit et decoquit et in naturam su-
am conuertit et postea virtutem suam in
ferriorem transmittit. et alterat illas cui
inserta fuerit et conuertit eam in suam na-
turam et speciem. **Item** quinquae sunt speci-
es generationis plantae. ut dicitur **Aresto**
teles scilicet ex semine et putredine et ex humore
et aque et ex plantatione et ex unius in
aliam insertione. **Item** sunt arbores et
plante quae producant fructum ante folia
ut dicitur. **Arest.** sicut ille quae habent multum humo-
rem vinctuosum materiale ad fructum quem
ut digesserit calor naturalis simul cum
calore solari cito maturabit fructum. et
ille humor vinctuosus abundans prohibet
humorem aquosum materiale ad folia ne
ascendat in folia aut praeumpat ante fructum
in tali planta. **Item** quaedam citius produ-
cunt folia quam fructum. et hoc propter defectum et
paucitatem humoreis vinctuosi. et abundantiam
humoris aquei materialis ad folia quem
calor solaris citius attrahit ad locum produ-
ctionis foliorum quam vinctuosum humorem ad

Lib. XVII.

productionem fructuum. et ideo tardatur
maturatio vinctuosi humoris material
ad fructum. et fit processio foliorum. **Itē** que
dam simul producant folia cum fructu ut
ille que habent predictos humores mul
tos et proportionabiles et calorem interio
rem cum exteriori calore solis in aere et
qualiter operantē in vtroque et vtriusque se
aquaosum in folia et vinctuosum in fructu
equaliter expellent. **Item** **Aresto**. **An**
tiqui sapientes assererant fructus et fol
lia esse idem. et folia non esse. nisi propter
fructum nec differre ab inuicem mate
ria nisi secundum maiorem vel minorem digesti
onem aquosi et crudi humoris. **Humor**
enim aquosus et subtilis cito attrahitur a
calore solis et cedit in folia. qui vero ma
gis est vinctuosus et digestus cedit in ma
teriam ipsius fructus. **Item** dicit **Aresto**.
quod aliqui arbores sunt spinosi non est ve
nitio nature plante substantia gene
rantis. sed accidit ex raritate arboris si
ue plante per quam attrahitur humor fri
gidus parum coctus et exiens per illam arbo
ris raritatem a calore solis in spinam co
agularur. et fit in spina forma pyrami
dalis incipiens intra stipitem a grosso
lato. et in parte anteriori terminatur in
acuto. nam humor subtilis qui ad spinam
est causa materialis elongatur paulatim
a planta et in longum et acutum se diffundit
eodem modo faciunt omnes arbores qua
rum partes pyramidalis sunt figure
Item arbores exterius generaliter sunt
virides. interius alte. pars enim interior
habet materiam appropinquantem ad albe
dinem. et pars exterior ad vitorem. nam ma
teria que attrahitur ab interiori et expel
litur ad exteriora in cortice aliquantulum
digeratur et in vitorem transmutatur quod vi
tor medius est color inter vitorem qui
uenit ex perfecte caloris actione. et inter
albedinem que puenit ex imperfecta. **Itē**
Aresto. Arbores variantur in figura. nam
quedam sursum quedam deorsum. quedam
vero inter hec tenent medium. **Ille** enim in
tum medulla viget humor subtilis que
mouet et attrahit calor ad superiora pyra
midantur. id est in formam pyramidalem ad mo
dum flame. que ascendit in communi virtute

te ignea eleuantur. **Ille** vero in quatuor
medulla viget humor grossus et aquo
sus inferius deprimuntur et angustantur.
Unde et ille partes sua grauitate inferius
mouentur et in grossum in parte infima
coartantur. **In** quibus vero erit humor
medius. et inter grossum et subtile tempe
ratus. pars ascendet sursum et erit causa ele
uationis. et pars deorsum que est causa
grossationis. **An** secundum maiorem vel minorem
digestionem illi humoris in radice et me
dulla solet magna apparere arbor in figu
ra. nam necessaria est prima digestio in
radice ad eius incrementum. secunda vero
necessaria est in medulla propter completi
onem maturatiōem dilatatiōem et con
seruatiōem. **Et** sufficit ista duplex dige
stio ad plantarum completionem. et ter
tia in foliis animalibus reperitur. ut di
Aresto. et exponit **Albu**. **Item** diuersifi
cantur arbores in foliis et in ramis secun
dum multitudinem humoris vel paucita
tem. et caloris fortitudinem vel remis
sibilitatem. nam si calor fuerit fortis et
humor multus. multa in exitu erunt fo
lia atque rami et econuerso. et secundum rari
tatem humoris abilis ad consumptionem et re
siccationem. resiccant ipsi rami. cadunt folia
remanebit arbor vacua atque nuda. et in
contrariis modo contrario se habebunt
Item ut di. **Aresto**. non solum pyramidalis
spine in arboribus. verum etiam eadem figu
re inuenitur in foliis et in fructibus. quia
si meatus plante primo fuerint amplii et
valde rari in principio humoris. et pro
prietate et frigiditate constringantur. fo
lia et fructus inferius in grossum abuntur.
et in superioribus graciliabuntur et py
ramidantur. et hoc propter attractionem
leuioris partis humoralis ad superiora
vi caloris et repulsionem humoris graui
oris ad superiora. **Contingit** tamen tam
folium quam fructum sepius acui in extre
mitatibus et pyramidari. scilicet quan
do virtute caloris et raritate humoris
superior particula leuigatur. et parte infe
riore calida etiam existente humor in me
dio distendit. et sic substantia fructus vel fo
lij in medio dilatatur. et vtraque extremitas
propter dominium ignee virtutis in communi

quāmodo ducit et subtiliat. et sic i pyramidē transformatur. **I**tem ibidem dicit **A**re. q̄ arbores et plante quedam faciunt flores ex humore subtili et puro existente i medulla. non tamen p̄ omnia terminata nec digesta s̄m vltimam fructus cōpletionem. disposita t̄n ad fructus p̄ductionem quedam autem arbores p̄pter nimiam humoris viscositatem nō habent flores. q̄z ille humor non potest subtiliari et p̄pter suam vinctuositatem iu subtilitatem floridam dilatari. vtz in ficu q̄ non habet flores ex causa iam dicta quedam etiam non habent flores p̄pter humoris liquiditatem. q̄z non potest in floribus subām coagulari vtz in palma et filio vt dicit **A**rest. et s̄m diuersitatem materie in qua diuersimode agit calor. diuersi colores in floribus tā herbarū q̄ arborum generantur. sed ista p̄sequi non est p̄sentis negocij. et iō de eis ad p̄ns p̄pter rediū fore arbitror quiescendū. **T**amen alias sup̄addit **A**rest. p̄prietates i fine. ij. li. quas non reputo cōtemnēdas **D**icit enī circa finem. Planta inq̄t h̄ns grossum corticē multū extendit in altitudine. et hoc p̄pter extensionem humoris et impulsū caloris. **C**ham grossitudo corticis humorem recipiens. nō sinit illum defluere. nec etiam p̄pter suam densitatem p̄mittit calorem p̄ poros evaporare. ex qua necesse habet se diffundere et dilatate. vtz in pino in palma et in conifilibus. vt dicit **A**rest. **I**tem ibidem **A**rbores habentes lacteum humorem magnam habent vinctuositatem et calorem fortem in radice. et ideo resoluūtur h̄ flores vtz ad exteriora arboris et generantur gummi aliquando liquidi. aliquando ex exteriori aere frigido coagulante in modum lapidis vel conchule indurate et hoc accidit aliquando ex frigiditate cōstringente. aliquando ex caliditate liquidiores partes educente et consumente et grossiores compingente. sicut ibidem dicit. **A**lii redus. **I**tem ibidem. **A**rbores quedam alterantur sc̄m tempis alterationes q̄ in estate virescunt. in hyeme palleſcunt. et tamen folia sua non perdūt nec proijciunt. fortem enim habent calorem icor

poratum. et ideo calor fugit ad interiora arboris et etiam foliorū. a facie frigidi aeris hyemalis. et ideo exteriora pallida et glauca fiunt. tamen non cadunt folia p̄pter viscositatem humoris et intensā fortitudinem caloris. **I**tem ibidem. **A**rbores facientes fructum in principio faciunt fructus amaros quādo sc̄z nouiter sunt plantate. et in earum fructu tunc dominatur amaritudo vel ponticitas sapoz sc̄z accedens ad amaritudinem. **C**uius causa est. quoniam prima digestio acida est et pontica propter humoris attracti gressicem et terrestreitatem et propter caloris digerentis paucitatem et debilitatem. et ideo generatio talium fructuum est p̄ter dulcedinem. q̄z ip̄oz humor crudus remanet et indigestus. sed post fortato calore et augmentato humore reputato. calor digerens humorem ip̄m efficit sapidum atq̄ dulcem. quia vt ibi subdit **A**restoteles etiam amarum in ignem missum dulcescit. et hoc accidit sc̄z **A**lbu. propter illam quam recipit a virtute ignis digerentis imutationē. **I**tem ibidem. **I**n locis acidis frigidis sc̄z atq̄ ficcis aliqui producuntur fructus dulces. q̄ calor innatus intra acetosum h̄mores indusus per calorem solis adiutus digerit illam acetositatem et cōuertit in dulcorum. et erit fructus dulcis. quibus acida sint folia et etiam extremitates in quibus non est tanta digestio et caloris operatio quemadmodum est in fructu. **C**ontingit tamen aliquando q̄ propter superuenientem nimiam adustionem ille fructus p̄mus factus dulcis conuertitur in amaritudinem propter superfluum calorem et humoris residui paucitatem. **I**tem ibidem. **I**n locis temperatis et terris antedictis v̄nales fructus celeriter maturescunt propter caloris sufficientiam et aeris exterioris dispositionem temperatam. **I**tem ibidem quedam sunt arbores que primo faciunt fructus dulces. deinde p̄tici efficiuntur et amari. sicut arbores mirabilanorū. cuius causa est vt ibidem dicit q̄ arbor talis habet fructus magne raritatis et i hora digestiōis cū sint meatus magni et ampli sequit̄ calor sufficiens humorem

 sibi primo ad victū inuenerūt 7 elegerūt
 prius qñ enī frumenti esset vltus antiqui
 vixerūt glande. Inter autē arbores glan-
 diferas honorabilior iudicatur ilic. cu-
 ius fructus. vt dicit plin. li. xvi. multas
 reficit nationes. Est siquidem ilic arbor
 grosse 7 profunde radice solidissimā li-
 gni 7 corticis durissimū spississimū et ru-
 gosi multe ramositatis 7 ratiōe folio-
 rum ymbrositatis iocunde. 7 quo ad fructus
 glandiferos nō modice quātitate
 et fecunditate. lignum siquidem ei for-
 te est et durabile immo fere imputabili-
 le. Nam eius trūca in profundo sub ac-
 cessu depresi quasi in lapidis soliditatem cō-
 uertuntur. 7 quāto per longiora secula in
 talibus locis humidis detiguntur. tanto
 amplius indurantur. et ideo talia ligna
 teorum templis 7 regalibus edificiorum
 structuris erant apta. ideo propter in-
 dissolubilem ligni naturam ex ilice teo-
 rum simulacra sepius sculpebant vt di-
 cit Plinius.

Capitulum LXXXIII

De iunipero

Iuniperus vt dicit Isido. sic di-
 cta apud grecos. eo q ab amplo
 in angustū finitur sicut ignis vel
 quia cōceptū diutius ignem conseruet.
 adeo q si prunę ex eius cinere fuerint
 operte vsqz ad annū. vt dicitur nullate-
 nus extinguētur. pū siquidem ignis di-
 citur apud grecos. vnde iuniperus quasi
 gignens ignē dicitur. Juniperus alia ē
 magna alia est parua. vt dicit Isid. libro
 xvij. vtraqz arborē aspera 7 quasi acu-
 leata 7 folia habens multa gracilia 7 acu-
 ta. 7 vtraqz est fructifera sed parua ma-
 gis. multa enī fert grana parua 7 rotūda
 primo virida 7 post efficit quasi purpu-
 rea vel quasi subrubea qñ plenarie sunt
 matura. vtroz frutes 7 folia vir reponit

Est autē arbor calida et sicca in tercio gradu. ut dicit Dyas. cui fructus agruū me-
dicine qui in vere colliguntur et per bienni-
um referuntur. virtutē habent dissoluen-
di cōsumēdi et cōfortādi. contra fluxum
ventris ex acumine medicine valet deco-
ctio baccarū eius in aqua pluuiāli si in-
te patiens balneet. Et iuniperō etiā sit
oleum iuniperinū efficacissimū contra
quartanā si quotidie inde pondus dra-
gme in cito vel alio modo offerat. valet
etiā cōtra yliacā passionem si pres to-
lentes inde pungant. epilepticis et cadu-
cis subuenit. lapidē frangit si per siringas
iniciatur. siringa est fistula subtilis cum
qua medicina mittitur in vesicam. vinū
decoctionis iuniperi cū sicco sicco pect-
purgat. tussim tollit. Ducitque plate. et
dyas. in locis saxosis et incultis crescit et
in desertis. eius ymbra fugiunt serpen-
tes. ut dicit Plin. et ideo fructus eius cre-
ditur valere contra venenū.

Capitulum LXXXV

De isopo
Isopus est herba breuis et mo-
dica inter petrosa crescens et in
radice petre solide se inficiens ut
dicit Cassiodorus super Psal. hanc herbā
dicit Dyas. esse calidam et siccam in ter-
cio gradu. huius virtus consistit in flori-
bus et folijs plus quā in stipite vel in radi-
ce. in estate autem producit flores qui ve-
lent colligi et in loco ymbroso mundo et
non fumoso desiccari. habent virtutē dis-
solvendi et consumendi et attrahendi mū-
dificandi pulmonem. et omnia vicia pec-
toris ex causa frigida purgat et mundi-
ficat si cum ficibus siccis in vino deco-
quatur et patienti prebeat. colorem sto-
machi et intestinorum tollit. fomentum
ex aqua decoctionis eius a superfluis hu-
moribus matricem mundificat et abster-
git. herba isopi in testa calefacta et capi-
ti superposita catarrum frigidum compe-
scit. yvulam cadentē reprimat. dolores ex
ventositate tollit. Dicitur autem hec iso-
pus hoc isopum et a quibusdam autoribus
eius media corripitur et a quibusdā pro-
ducitur. Dicitur etiā in auro. Est hu-

milis petreque suis radicibus herens. Et
vicijs isopus pectoris herba medens In
antidiano autem producit alanus.
Se celum terre conformat cedrus iso-
po. Et iterum alius dicit. Pectoris her-
ba cayas rupes incidit isopus. et iterum
alias. Sed pulmonis opus confert medi-
camen isopus. Tante etiam autorita-
tis fuit herba quāvis modica apud vete-
res. ut dicit Plin. quod sine ipsius asperione
se purificare non posse in velubris repu-
tarent. unde etiam apud hebreos fascicu-
lo isopi mundandi solebant purificari.
ut patet Exo. xij. et Leuit. xij. et Num-
ri. xv. insuper eius pulvis valet contra ydro-
pism. ut dicit Dyas. liuorem a corpore
mundat. et colorem vultibus optimum
administrat. colorem ventriū mitigat. tin-
nitus aurium sedat et etiā lumbricos nec-
cat. ut di. idem.

Capitulum LXXXVI

De iacinto
Iacinctus est herba habens flo-
rem purpureum. traxit autē no-
men a puero quodam nobili qui
in saltibus inter flores purpureos mor-
tuus est repertus. deditque nomē herbe cas-
lus funeris puerilis: est etiam similis
viole in floribus et radice. ut dicit Plin.
torus libros. xvij. eiusdem nominis pi-
ter et coloris est quidā lapis preciosus qui
inter duodecim lapides preciosos in apo-
numeratur. Jacinctus itaque est nomē ho-
minis lapidis atque floris. proprius itaque
color eius est aereus siue celestis. pur-
pura autē habet colorem sanguinis siue
ignis sed bifusus nixis. istis. xvij. colorito
colorata fuerunt sacerdotalia vestimen-
ta in veteri testamento.

Capitulum LXXXVII

De iusquiamo
Iusquiamus grece a latinis di-
cis canicularis eo quod in hasta ei-
us retroque latere quedā crescunt
capitella formata in figura catarorum sic ē
videre in malispunicis seu granatis ut
dicit Plin. li. xvij. quorum ora sunt sepata et di-
uersa hntia int' semia filia papaueri. hec

herba insana vocat. qz vsus eius piculo-
sus est nam si edat vel bibat insaniam fa-
cit vel somni imaginē torpidam. et ideo
hanc vocat vulgus miliridū. ppter alie-
nationē mentis quā inducit. hec autē cum
sit herba venenosa habet semen nigrū ru-
brum et albū. vt di. dyaf. et pli. nigrū pesti-
mū est et mortiferū. rubrū est minus ma-
lum sed albū adhuc minus. vnde huius
vsus magis cōuenit medicine. virtutem
habet cōstringēdi. mortificādi et somnuz
prouocādi habēs semen nigrū habet fo-
lia nigra aspera et dura. et florem purpu-
reum et folliculos duos et solidos et spil-
fos. habens et semen obrufuz flores ha-
bet melinos et folliculos molliores. s; ha-
bens semen albū habet flores albos et fo-
lia pingua et mollia succo plena. et est her-
ba frigida in tercio gradu. et sicca in secū-
do et ideo tumores reppcutit. ventrē strin-
git. fluxū sanguinis sistit. dolorē dentū.
alij habent renum de calida causa tollit.
reuma calidū ppscit. hucusq; dyaf. et pli.
De semine siquidē iusquiami dicit are-
sto. li. vegetabil. semen helni. i. iusquia-
mi qd est mortiferū apud ptes in hieru-
salem est comestibile de quo patet qd
malicia et venenositas per bonitātē terre
vbi crescit vel maliciam diminiuit vel au-
getur. **De iusquiamo** dicit magister in
hist. super ero. qd in tiara siue summi pō-
tificis corona stabat flos erectus simi-
lis herbe quā greci iusquiamos vocant.
digni vnius magnitudine. sub illo autē
floze in extremitate tiare circa frontem
et occiput erat circulus aureus triplici
ordine distinctus sup quā stabant flores
aurei similis plantagini a timpe ad tim-
pus et. vnde in hoc fuerit pūilegiare
iste herbe qd earū similitudo in cidari sa-
cerdotis summi figurari meruit.

Capit. LXXXVIII.

De castanea

Castanea est arbor magna et ppera
sic a grecis vocata. vt dicit **Phil.**
libro. xvij. eo qd fructus eius ge-
mini in modū testiculoz intra folliculuz
recondidi sunt. qui dū eyciunt castrant. et
ideo tales arbores a castrando castanee

greco vocabulo nuncupant. hec arbor vt
excisa fuerit tanq; filua expullulare con-
suevit. vt dicit **Phil.** hec arbor est multum
vtilis. nam eius lignū valet ad edificio-
rum structurā ad igniuz nutrimentū. et
fructus valet ad cibum et cortices et folia
ad medicinā. fructus siquidē eius quibus
sub vili cortice aspero et duro in arvore
abscondat. tamen quādo maturus extra-
bitur dulcis inuenit. potissime quādo de-
coquit vel assatur. sicut autē subdit ysaac
in dietis. castanee sunt calide in medio
primi gradus. et sicce in secūdo. et ideo ra-
tione caloris habent dulcedinē. ratione
vero siccitatis habent ponticitatē. **Castane**
nee tamē nimis comeste sunt inflatiue et
doloris capitis ppter inclusum fumū ge-
neratiue. sed vt ab eis nocumentū aufe-
ratur optet qd assent vt corpulentia ear-
um et terrestritas rarificetur vel vt i dulci
aqua decoquant vt ex aque humiditate
et mollicie tempent. et tunc bene nutriūt
et laudabiles humores generāt et corpo-
ris ac pectoris siccitatē generāt. et marie
si cum zucara comedat a colericis et fleu-
maticis cū puro melle. valent etiaz fm
medicinā qz abominatōis et vomitū sunt
constrictiue et ieiuni intestini cōfortati-
ue. **Item** castanee cū modico sale trite et
cum melle tpate rabidi canis vel homi-
nis morsus sunt optime sanatiue. **Item**
cum farina ordeī et cū aceto cataplasmata
tumoris māmilla sunt efficaciter re-
pressiue. **Item** earū cortices et folia ysta
et puluerizata ac cum vino tpata adole-
scentis capiti ad modū cataplasmatas
apposita augmētant capillos et pphibent
eorū casum. hucusq; ysa. in dietis.

Capit. LXXXIX

De lauro

Laurus est arbor victorialis digna
multis lauduz pconijs propter
singulārē gratie sue excellentiā
et virtutes. ppter qd et victores quōdā ob-
tēra victoria fertis laureis coronari lau-
reati dicebātur quam greci daphnē vo-
cant cuius virtutes et singulātes pphetates
supra posuim in hoc eodez libro in litera
a. quere ibi et inuenies.

Capitulum. XC.

De lentisco

Lentiscus est arbor humilis et medicinalis que a grecis et hebreis sanus alio nomine nuncupatur ut dicit glo. sup. dan. xiiij. cuius foliorum succus sanat et agglutinat scissa labia siue alia vlcera ut dicit ibidem. et dicit lentiscus eo quod eius cuspis mollis sit et lentus. nam quod molle est et flexibile lentum dicere consuevit ut dicit **Ph.** li. xvij. Istius arboris fructus oleum deludat et cortex resinam que mastix appellatur. et est melior que in chio insula generatur. ut dicit **Ph.** li. xvi. folia istius arboris secundum dyas. et plas. et pli. sicut et tota arbor calida sunt valde et siccata et habent virtutem costringendi et consolidandi et confortandi. et ideo valent contra vomitum et omnem fluxum tam sanguinis quam humorum aliorum. similes virtutes habet gummi eius. scilicet mastix que a masticado sic dicitur eo quod masticata efficitur glutinosa et dura ad modum cere circa dentes. et sic masticata gingiuas a putridis humoribus purgat dentes mobiles confirmat et dealbat et eorum radices roborat et confirmat malum anhelitum amputat et emendat. Hec mastix ita colligitur in fine veris cortices scami siue lentisci inciduntur et mundificata terra vestes munde supponuntur ne liquor cadens in terram cadat. unde que clara est et munda ac alba est eligenda. que vero habet terram admixtam et est obscura est abijcienda. cerebrum emundat et repurat et multum excreta facit. virtute digestiuam confortat. ventositatem attenuat. liquefactus super regulam calidam omnia fracta gemasque et alia miro modo consolidat. dicit etiam **Ph.** sic et **Dyas.** scinus arbor est spinosa multum cum radice alta. in plurimas partes diuisa fructum habens simile mixto. sed minorem rubrum interius quando est maturus et asperam lanam intus cuius succus sanat fluxum mulierum.

Capitulum. XCI.

De lilio

Lilium ut dicit **Phid.** est lactei floris herba cuius candor cum

fit in folijs auri tamen species intus fulget. De lilio autem dicit **Dyas.** et **Plas.** liliu calidum est et humidum et aliud est filicestris et aliud domesticum. et aliud gerit purpureum florem et aliud album quod est efficacius. et aliud croceum vel purpureum. Et autem virtus liliij maturatiua. unde valet contra apostemata si cum acungia conteratur. Item ei inest virtus remollitiua. unde valet contra splenis duriciam si eius succo oleo veteri admixto et bene incorporato splenis regio inungatur. Item ei inest vis mundificatiua. unde valet ad faciem colorandam. si puluis eius cum aqua rosacea admisceatur et inde facies abluatur. Item mitigatiua et ideo folia eius decocta et inposita valet ad loca que sunt combusta. idem facit radix eius si trita cum oleo apponatur. Item virtus eius est apertiuua et copactorum dissolutiuua et ideo educit purgationem menstrua. Item virtus inest ei tumorem repressiuua. et ideo valet contra apostemata ex ventositate inflatiua si radix eius trita cum oleo sepius apponatur. **Ducusque dyas.** De lilio autem sic dicit **Ph.** Liliij radices multis modis nobilitat florem suum. nam potate cum vino serpentum ictus sanant. et valent contra fungorum malignam et venenum decocte in vino oleo admixto clauos pedum et nodos solunt. pilos quoque locis adustis reddunt. in vino etiam decocte addito melle venis vel nervis prescis subueniunt. folia eius cocta in vino vulnera sanant. semen eius coctum igni apponatur sacro. flos et folia subueniunt vlcere necessitati. **Ducusque Ph.** libro. xx. ca. xij. Item in eodem libro ca. v. Liliu rose nobilitati primus est ex quadam unguenti cognatione inde fit nobile unguentum siue oleum quod liliorum appellatur. sicut et de rosas oleum rosaceum fieri consuevit. De radice eius procedit haec interdum trium cubitorum. unde reperitur ab eius summitate flos deorsum ab angustis in latitudinem se relaxans et dilatans ad modum campanelle resupinatus et in circuitu labiorum intus hinc quasi tenue filum continens in se semen stantibus in medio crocis. unde lilio nihil gratiosius est. quo ad decentiam coloris odoris redolentiam

et efficaciam corporis virtutis. eius color est triplex albus rubeus et purpureus. huc usque pl. li. xx. ca. v. habet autem liliū radicē ex multis bullis consistente sicut allium. ut dicit Aresto. li. vegetabiliū et in singulis bullis est virtus seminatiua. et ideo ex vnoquoque crescit planta quā per se plantatur. de hoc quere supra eodē de allio in littera a. Dicit autem ad predicta Aresto. quod habita liliū que nodosa est si incuruat in terram et cooperiatur antequam aperiat semen eius et radix eius siue cepa non eradicet statim infra paucos dies inuenies quod a quolibet nodo stipitis sui emittit cepulam puā quā si esset illa de tunicis suis siue de bullis. cepulis scilicet radicis et hoc est mirū valde. Item ibidē sequitur. flores liliū prius sunt virides post albescunt. et si stipis siue hasta a radice totaliter abscedat. quod totus humor stipitis est inclusus naturalis calor in medullā se conuertit ad superiorē partem stipitis et digerit materiā ipsius floris et tunc expandit se flosculi et albescit humore primito tunc digesto. et ideo ut dicit ibidem verificatores compauerunt liliū intellectui humano quod in fine sollicitat de eternis. Item ibidē dicit quod liliū non habet rationē sementinā in semine et radice et in hoc differt a porro et allio que habent rationē seminis in multis locis de hoc quod re supra de allijs et cepis in littera a et c. Liliū insuper hasta nouiter cum flore absceda glebe argillose infixa in virore seruat diutius florem suū. flos liliū quādo integer est et intactus permanet multū. suauiter redolet. confractus vero manibus et confrictus multū fetet ipsum quoque flores cum semine solū pro fructu habet totam etiam virtutem quā habet liliū in stipite et radice totū ostendit in capite salicet et in flore et in semine. et quāto flos ipsius altius in hastili erigit tanto caput subtilius inclinat. flos insuper eius exterior est planus suauis tactu et forma totū dū aspectu delectabilis et iocūdus. interior autem granis aureis in sua concavitate est resperisus que tingunt plus quā crocus. et hoc tingentia grana septem hastulis sustentantur. unde ex sex folijs candidissimis simul contiguīs componitur. et ex sex

partem granis aureis intrinsecus decoratur in quorum medio semē eius loco fructus merito decore collocat et circumpanis floris beneficio teneritudo seminis a lesione frigidi aeris custoditur.

Capitulum XCII

De lactuca

Lactuca ut dicit Isidorus ex lactei humoris exuberantia est vocata. quia nutriendes mulieres lacte implet. hec in viris venis motū accet cui duplex est species. scilicet domestica et agrestis quā seraliam vocamus eo quod terrosū eius aculeos habet duos ad modum ferre. ut dicit Isid. li. xvij. ca. vltimo. et qua dicit ysa. in dietis. lactuca agrestis domestice in forma est similis sed longiores habet frondes subtiliores asperiores et minus virides propter sue humiditatis puritatem. et ideo multe est amaritudinis et ponticitatis respectu illi que domestica est quod maioris est caloris et siccitatis. et ideo multi dicunt quod menstrua prouocat et humores crudos expellit. ut dicit dyal. lactuca vero domestica frigida est et humida sed terpe. ita quod in neutra qualitate excedit modū. et ideo eius usus congruit ipsius medicine. subtilē habet substantiā et maxime quā erit recens. et ideo cito digerit et stomachi asurā et morsurā ex colera rubra sedat. sanguinis ebullitionem refrigerat. in somnietate placat. capitis dolorem ex fumo colerico sanat lac in mulieribus multiplicat et semen in viris generat et augmentat. et hoc accidit propter bonitatem sanguinis quem gignit in perfecta quantitate. et in perfecta etiam qualitate sed quādo antiquat et induratur minuitur eius humiditas et amaricatur. ex usu eius sanguis pessimus generat. virtus visiva inde deficit et debilitat. cuius causa est sensus animalis mortificatio. quia eius sua ponticitate sensum suffocat naturales. et ideo talis lactuca generare volentibus maxime est nociua. nam materiam coagelat. coagulat seminalē. et precipue semē eius si in cibo aut in potu sepius assumat. Duculq; ysa. in diet. Plinius autem li. xx. c. viij. de lactuca di. Est species

Libet .XVII.

lactuce sponte nascentis quaz caprinam vocant qua proiecta in mare protinus necantur pisces qui sunt in vicino, cuius lac cū aceto ⁊ aqua ⁊ vino ydropicis metetur, cuius caule et folijs cōtulis asperso sale nerui incisi sanantur. alia est species lactuce que nascitur in aruis cuius folia trita cum polenta illita vlceribus sanāt et hāc greci ysoyon vocant, tertia species est que crescit in siluis quā steraton vocant, cuius folia trita cum polenta vlceribus profunt, sanguinē sistit et putrescentia vulnera sanant, radice et folijs mitigant ignem sacū, est ⁊ alia species lactuce habens rotūda folia ⁊ breuia quā multi heratiam vocant cuius succū accipitres scalpendo herbam extrahunt et inde tingentes oculos discutunt obfcuritatem ⁊ caliginem cū senescunt, cuius herbe succus sanat omnia vicia oculorum ⁊ maxime quādo eilac mulieris admiscetur, serpentū moribus ⁊ scorpio num ictibus medetur, si succus eius cum vino poterit ⁊ folia trita super vulnus emplastrētur, omnē etiam inflationem discutit ⁊ compescit, semen etiaz lactuce tam siluestris q̄s domesticæ libidinis imaginationes in somnis cōpescit, ⁊ corpus pollui non p̄mittit si in cito frequēter asumat, frequēs tamē eius vsus ⁊ nimius vsus oculos efficit obscuritatem, **S**ultas als laudes ei attribuit plinius in eodem ca. sed hęc sufficient.

Capitulū. XCII.

De lappa

Lappa est herba habens folia lata et spissa circa terram habens in summitatibus hastularū que dam capitella spinosa ⁊ aculeata sed recurua que vestibus transeuntū solēt adherere. **U**nde dicit **S**idozus libro. xvij. lappa est dicta eo q̄ habeat caulem ingentem per terram dispositam que a grecis philantropos vocatur, eo q̄ vestibus hominum adhereat ob asperitatem sui ⁊ nascitur iuxta muros, et dicitur philantropos id est amans hominem quia quādam affectione videtur hominis adherere vestibus, **C**uius species duplex, acu-

ta et rotunda ad similitudinem pedis caballi disposita vnde et a multis vocatur yngula caballina, et vtriusq̄ folia grauis ⁊ horribilis sunt odoris pariter ⁊ salporis, vt dicit **D**ras. **S**ed pli. libro. xxxca. xxij. lappe multe sunt species ⁊ omnes sunt medicinales, nam ictibus scorpio num medentur, nec feriunt hominē si inunctus fuerit succo eius, decoctio ei⁹ vādicis inuat dentes ⁊ etiam confirmat se tepida in ore teneatur, semen eius inextricabilia vicia stomachi curat, reijciētib⁹ sanguinē prodest dissenterijs subuenit, nam radix eius cū vino sistit alutē sed folia adiecto sale soluit, semen eius potui datū adiuvat calculosos, tota herba trita cum arungia valet contra strumā hucusq̄ plinius. **S**cōm plac. lappa siue lappaciū est herba calida ⁊ ficca habens virtutem dissoluēdi, relaxandi, aperienti ⁊ attenuandi, ⁊ ideo valet contra scabiem, pruritū, serpiginem ⁊ impetiginem, ⁊ intercutaneum consumit humorem, apostematum dissoluit duriciem ⁊ tumorem, valet contra frigidam ydropesim ⁊ splenis opilationē, succus eius cum succo ruthe admixtus cerebrum purgat a fleumatica supfluitate si i modica quātitate naribus in balneo vel in aere calido instilletur.

Capitulū. XCIII.

De lappate

Lappates abus est ex quibusdam herbis domesticis recentibus lappacijs similibus compositus aut confectus vt dicit glosa super iudiciū ca. xv. vnde alexander nequaz ait. **L**appates abus est et olus componit eundem. **S**m alios lappates genus caulis habens folia lata vt lappa, sed folia lappatis sunt mollia et crassa subalbida plana inuoluta inter se mirabiliter ⁊ connera habens stipitem breuem ⁊ grossum notosum exterius sed mollem interius et carnosum, hęc herba conuenit medicine et esui, sed inde fit cibus bonus qui durseruari potest, si decocta cum aceto sinapi et melle diligentius cōponatur, ⁊ talis cibus vulganter cōpositū nūcupat, cuius

virtus singularis scilicet resistere ebrietati. ut dicit Plinius libro. xx. ca. x. nam ante cibum comesta cauet ne ebrietas superueniat. post crapulam sumpta compellit crapulam ut recedat ut clamat scola rasis als erasistratis. hac herba nihil est utilius stomacho atque nervis. et ideo paralyticis et tremulis iuliet eam dari et sanguinem excreantibus. lactis vltimatem prebet pueris. valet etiam succus aduersus venenum et serpentum ictibus occurrit et maxime semen eius similiter valet contra morsum canis. ut dicit Isidorus libro. xvij.

Capitulum. XCV.

De legumine

Legumina ab eligendo sunt dicta quasi electa. veteres enim meliora legebant et inde sibi cibaria componebant. et dicuntur proprie quedam grana tritico et ordeo maiora et spissiora que non in folliculis sed potius in quibusdam siliquis grossis et clausis oriuntur ut patet in pisicis ciceribus atque fabis. Differunt autem legumina in magnitudine. colore et figura et sapore. Nam inter legumina maiora sunt grana fabarum et lupinorum mediocria cicerum et pisorum minima lenticulorum et viciarum. in colore differunt. quia quedam alba quedam nigra quedam rufa et quedam mixta. In figura quia quedam rotunda quedam oblonga quedam triangulara quedam plana. Differunt etiam in sapore. quia quedam sunt stiptica et dura. sed per decoctionem fiunt molliora et ad esum etiam meliora. quedam enim in se sunt amara ut lupini. sed per adiectionem in aqua et madefactionem efficiuntur dulciora. et ut dicit Plinius legumina quando incipiunt mature scere rapienda sunt quoniam cito exiliunt. latentque dum deciderint ut lupini sicut dicit Plinius libro. xvij. Est autem legumen substantialiter grossum frigidum et siccum ad digerendum durum et compactum. unde propter suam compactionem difficiles sunt ad coquendum. nec etiam possunt bene decoqui in aqua puteali imo ad perfectas

decoctionem indigent aqua fontana siue fluuiali. Cibus itaque rudis et grossus que leguminibus fit. est succus conueniens hominibus fortioris nature et complexio nis. nam leguminosa ex se ad digerendum sunt dura. sed digesta multum nutriunt et confortant sed naturaliter sunt inflatua. et ventositatis generatiua. sed eorum ventositas diminuitur per corticis decoctionem et assationem et per eorum que ventositatis sunt exterminatiua appositionem vel assationem ut aminum anatum. et similia. ut dicit dyas.

Capitulum XCVI

De lente

Lentis genus est leguminis ut dicit Isidorus libro. xvij. sic dicta. quia humida est et lenta. potissime quando est in sua herba a qua diuinitive dicitur lenticula et velut scribitur per ad differentiam vermis capitis qui dicitur lens dis. et scribitur per d unde dixit quidam. Lens lendis capiti. lens lentis conuenit ori. Est itaque lens vel lenticula sicut dicit Plinius. frigida et sicca ex contrariis naturis composita. Nam vnam virtutem habet in cortice et aliam in medulla. nam in cortice habet quoddam acumen ratione cuius mouet ventrem ad solutionem sed medulla stiptica est et stomachi confortatiua et operatur ad constrictionem. grossum et melancolicum gignit sanguinem et cerebrum replet grosso fumo. unde est causa timidorum et horribilium somniorum ventositate stomachum grauat et inflationem generat. omnes meatus corporis et transitus opilat et nervorum ac pellicularum cerebri substantiam desiccatur et maxime nocet pelliculis oculorum quia eorum humiditate distempat ac desiccatur. et ut dicit idem sanis nocet oculum quanto magis infirmis desiccationis sue causa et eius frequens usus pessimas in corpore generat passiones potissime si cum cortice comedatur et corpus sicce fuerit complexio nis. humidis tamen et calidis quibusque predestat non valet ydropicis si sine cortice comedatur. sed cum cortice nocet. quia multum generat inflationem et pellicularum extensi

Liber .XVII.

onem. Lens autē est eligēda que ē grossior et recentior et ad coquendū facilior et hoc tam ad escam quā ad medicinam. lentis malicia tpatur si reponatur cortex et eius medulla in dulci aqua decoquatur. et post abiecta cum oleo et pipere et cimini et similibus conditur. Ducusq; ysaac in diet. Dicit autem pli. libro. xvij. ca. xij. lens amat terram tenuē et subtilem magis quā pingue. et celum. i. aerem magis sic cum omnia enī legumina diligunt aquā ante florem. sed postquā floverint diligūt siccitatem. etc.

Capitulū. XCVII.

De lino.

Linum dicitur tam herba quā semen et est sic vocatum eo quod mollescit atque lenē et plurimū delicatum. ut dicit yfido. libro. xix. Linū autem sicut pli. li. xij. ca. ij. seritur in locis planis et scrupulosis et hoc in vere et colligitur in estate. Truncpit autem in stipitem siue culmē rectum producēs flores flavos quibus succedunt quedā capitella loco seminis ac fructus. et cum incipiunt capitella pallefcere culmi integri euelluntur et euulsi a suis capitellis semē continentibus carpantur. deinde partes lini in fasciculos colligantur et longo tpe in aqua madidant et extracti de aqua ad solē desiccantur. et post multis tūtionibus et carpinationibus a suis superius expurgant et sic partes desecate in fila cōtorquetur et per multiplicem decoctionē ad albedinē deducuntur. non enī linum a suo vitore terrestri potest spoliari et pfecto candore decorari nisi multoties cōfundat et decoquatur et soli appositū aqua iterū et iterū aspergat et cum sint multa genera lini illud puatlet in decoze quod solet crescere in egipto. nam inde fit bislus niui cōpabilis in cātoze. ut dicit pli. li. xix. c. ij. minus tamen habet firmitatis hoc genus lini et plus lucra. quia inde fiunt vestes gratissime sacerdotū. Est autē linū necessariū ad versus multos. nam ex lino fiunt vestimenta ad induendū. vela ad nauigandū retia ad venandū et piscandū. fila ad consuendū. funes ad ligandū. cordule ad sagittandū

ligamina ad cōnectendū. linee ad mensurandū. linteamina ad quiescendū. cortine ad ornandū. sacculi et bursule ad quodlibet necessariū reponendū. vnde nulla herba tam diuersis vsibus hominū est ita apta et necessaria sicut linū. cuius semen calidū est et humidū. vel inter humidum et siccum tpatum et vinctuosus. vnde inde fit oleum quod alijs vsibus magis est necessarium quā ad esum. nam ut dicit ysaac. semen lini parum nutrit et durum est digerere nociuū stomacho. et plurimū inflatiuū diurectiū tamen est. assūmētamen et cum melle acceptū melius est et valet contra tussim. comestū etiā cum melle et pipere venterem excitat et stimulat ad amorem valet ad apostemata quia maturat ea. habet enī vim mitigatiuā. subtiliatiuam. rarificatiuā. siue maturatiuam vnde soluit apostema matricis si patiens in eius decoctione sepius foueat ut dicit ysaac. in diet.

Capitulū XC VIII

De malo

Malus est arbor pomifera in se quidem nemoris modica et submissa ligno solida rugosa cortice et nodosa frondium densitate ymbrosa. florum varietate decora. fructuum suauitate iocunda. vsui et gustui gratiosa in diuersis medicinis efficax et virtuosa. Dicit autem malū ipsum pomū siue fructus. sed hec malus dicitur arbor siue pomus. et est sic dicta eo quod eius fructus sit rotundus. vnde et illa sunt vere mala que maxime sunt rotunda ut dicit yfido. li. xvij. nam malō in greco rotundū in latino dicitur differt autē malus ab alijs arboribus silue vel nemoris. quia malus et maxie domestica duplicis est nature. nam truncū habet a terra productū. surculū autē aliūde venientē ipsi trunco insertū et vnitū. que duo quādo per insertionē piter sunt vnitā vnā arbore constituūt. surculus autē insertus trunco totam virtutem trunci in suam transmutat qualitatē sicut dicit alfic. sup finem primi libri vegetabiliū quod re supra eodē in tractatu de arborū inser

tionem circa principium. **M**alus autem nisi putetur et a superfluis ramis exoneretur sterilefcit. vt dicit idem. quia humor attractus a radice non sufficit ad productionem fructuum. quia transit in ramorum sterilem nutrimentum. quere supra te causa fructificationis arborum. malorum sunt diuersa genera. nam quedam ferunt fructum ponticum atque durum quedam acetosum quedam dulcem et iocundum. et horum fructuum diuersitas ex diuersa qualitate humoris procedit et debiliori vel fortiori operatione caloris existentis in radice sicut supra in principio tactum est.

Capitulum. XCIX

De malogranata

Malus granata est arbor ferens magranata. arbor siquidem femini generis. fructus vero neutri et dicitur malogranatum eo quod intra corticem rotunditate contineat et multitudinem granorum. vt dicit Isido. libro. xvij. cuius cortex dicitur psidia flos vero balaustia nuncupatur. Florum autem alij sunt albi alij purpurei. alij rosei reperiuntur. hec poma malapunica sunt dicta. quod de regione punica primitus sunt delata vt dicit Isido. Est autem arbor multum duram et nodosa et ramosa plus in latum quam altum se diffundens. et est frigoris impatiens. vnde in pruina cito pereunt flores eius. Dicit autem Aresto. quod malus granata mutatur a malicia sua per culturam. que re supra eodem de arborum cultura. Ista autem arboris sunt plura multa sunt species. sed de duabus iam loqui sufficiat. Nam sunt Dyas. et Ysa. in diebus malogranatorum duo sunt genera. alia enim ferunt poma dulcia calida et humida. alia acetosa que frigida sunt et sicca et diutius possunt ceteris obseruari. dulcia magis conueniunt vsui medicine. nam tota arbor medicinalis est et parum conuenit ab alijs fructus eius. Vnde dicit Isido. libro. xvij. negant inquit medici corpora nostra malipunica cibo nutrire. sed putant quod plus congruant medicamento quam corporis alimento. habet siquidem tota arbor sed potissime fructus eius virtutem con-

stringendi et confortandi consolidandi et humores fluidos desiccandi. et fluxum sanguinis intercipiendi. et vomitum colericum compescendi vt expresse docet ysaac dyas. et plinius. si tamen more congruo et ordine debito exhibeantur valent contra singulas intrinsecas vel extrinsecas corporis passiones. dulcia tamen magis sunt venrosa et inflatiua alijs. et etiam sitis minus in febricitantibus sedatiua. et ideo minus conueniunt febricitantibus quam acetosa. ex quorum succo fit potus qui dicitur orizacca qui calorem febrilem mitigat materias febrilem digerit et alterat. appetitum prouocat et naturam ex calore deficientem reparat mirabiliter et confortat. et valet contra epatis calefactionem et cordis defectum siue cardiacam passionem. flores eius et fructus ac cortices si pulueriscent et in potu assumantur vmes veteres necant. gingiuas et dentes purgant optime et confirmant et contra multas alias subueniunt passiones. vt dicit Dyas. et ysa. malapunica in omnibus predictis sunt efficacissima quamuis enim sunt crocea exterius in cortice. et discolorata stipitica insipida et desiccata. interius tamen sunt rubea humida et mollia iocunda et sapida et miro ac incredibili nature artificio per granulorum cellulas ordinata. vt dicit Bern.

Capitulum C

De moro

Morus est arbor cuius fructus dicitur morum. vt dicit plinius. libro. xvij. morus a grecis est vocata quam latini rubum vocant. eo quod fructus eius et virgula rubent. Est autem duplex morus domestica. scilicet et siluestris. cuius fructus in deserto pastorum releuat famem. cuius folia suspicte serpentem ipsum interimunt. Item dicit Ambrosius. super mattheum. xvij. fructus mori in flore albet. deinde viuet. tercio rutilat siue rubet. vltimo nigrescit atque liuet. nam quanto est maturior tanto nigrior est. cuius fructus tingit manus et dentes comedentis sicut autem plinius. et Dyas. morus est arbor semine habens ventrisium id est solutiuum cuius succus expressus et ad ignem siue so-

lem desiccatus fit stipticus et constructiuus. vlcera oris et vulnera sanat faucium tumorem reprimit atque sedat. corium radicis coctum et potatum ventrem laxat et lumbricos latos necat folia eius contusa et imposita oleo combustiones sanant decocta cum aqua pluuiali capillos denigrant. morsus palangionis et puncturas aranearum curant. colorem ventium placant et putredinem mundificant gingiuarum mora immatura frigida sunt et stiptica et confortatiua stomachi et constructiua. sed quanto plus maturatur tanto efficiuntur calidiora et etiam dulciora et humidiora comesta multum post prandium in corruptionem conuertuntur. et stomacho ac capiti multum nocent. a ieiuniis vero accepta bene digeruntur sed nutriunt valde parum. Folia mori celsi sunt valde magna et lata que erucis et brucis sunt obnoxia et a vermibus libentissime comeduntur. unde et vermes sericum egerentes mori folijs optime nutriuntur. tota arbor medicinalis est precipue quo ad corticis fructus folia et radices. Nam si radix eius incisa fuerit gummi emanabit quod valet ad varias passiones. nam ventrem emollit colorem ventium tollit. Hucusque Dyas. et Plas. Ar moris fit potus optimus siue nobilis quem moretum vulgariter appellamus quem elephantes cum potant animosiores efficiuntur. vt dicit Rabanus supra libro ij. Dyas. v. cap. fit inde electuarium dia moron dictum. quod valet contra squinanciam et gutturis ac faucium passiones vt dicit Plas.

Capitulum. CI.

M De mirto
Virtus sive visidorum est dicta. eo quod in litoribus maris solet sepius oriri. unde virgilius. Litora mirtetis letissima. et alibi amantes litora mirti. hinc est quod a grecis mirteris dicitur. medicorum autem libri hanc arborum aptam scribunt multarum necessitatibus mulierum deputata. hucusque Visid. sive Ph. autem vel Dyas. mirtus est arbutum ad modum fructus cresces potissime

iuxta mare. cuius fructus flores et frondes conueniunt medicine. meliores autem sunt fructus quam flores. et habent diutius conservari. sed melius in solis calore quam in auro umbrosa habent talia conservari. et quanto sunt simpliciter fructus recentiores tanto sunt meliores. et habent omnia illius fructus substantialia virtute pontica et constructiua et ex aromaticitate confortatiua etiam ex natura propria fluxus supflui restrictiua et virtutis retentive in corpore cooperatiua. unde valet contra fluxum reumatis ad spiritalia membra defluentis si decoquatur in aqua pluuiali et inde pectus vometur. vomitum etiam restringit si decoctum ramusculi eius cum aceto super stomachum apponatur. de ea puluis factus vlcera et vulnera suauiter consolidat. Item dicit pli. quod mirus alia est alba. alia nigra et vtraque stiptica. sed nigra magis. unde contra fluxum sanguinis vtiliter exhibet. vrinam commouet et prodest contra venenum et puncturam scorpionis si potetur. eius decoctio valet contra allopiciam et fluxum similiter capilloz cum farina tritici mixta valet contra tumores oculoz. Fit autem oleum mirtinum de folijs et bacis eius quod est lenituum. consolidatiuum et mundificatiuum et valet ad omnia supradicta. aures aurem mundificat saniosas si tepidum instillat. Hucusque pli. super ysa. aut ca. xli. dicit hiero. Virtus est aromatica et imputribilis fissa membra consolidat et reparat. et ideo consolatores san. eccle. signat est etiam temperatiue et mitigatiue virtutis ac refrigeratiue. vt dicit super ysa. lx. ca.

Capitulum. CII.

M De mirra
Mirra est arbor in arabia altitudinis quinque cubitorum similis spinne. quam achantum dicunt. cuius gutta viridis est et multum aromatica et amara. unde et nomen accepit mirra. vt dicit Visido. libro. xvi. cuius gutta per se manans preciosior est. que vero facta vulnere inciso cortice elicitur vilior iudicatur. cuius sarmenta arabes igne fouent. quorum fumus est valde noxius nisi odore stozacis occurratur. aliter contrahunt homines

mortuos insanabiles tali fumo. Purior
 autem mirra et melior colligitur apud
 trogoditas in arabia. vt dicit Plinio. et
 Plinio libro. xvij. ca. xvij. vbi dicitur qd mir-
 ra est arbor quinque cubitorum in siluis qui
 dem arabie crescit. cuius folia sunt simi-
 lia folijs oliue. sed magis crispata ac acu-
 leata. ramos habens similes iuniperi.
 Inciduntur autem binis temporibus rami
 eius. sed prius sponte sudant antequam inci-
 dantur. et gutta que sudando effluit statim
 dicitur. et hoc generibus omnibus mirre pre-
 fertur. et mirra electa a pluribus appella-
 tur. Sunt autem septem genera vt dicit
 ibidem. idem ca. xvij. s. trogoditica et il-
 la est magis electa. secunda gelbanitica.
 tertia dyantrides. quarta collaticia. quin-
 ta empratena. i. salbana et illa alijs mirri-
 bus magis tenuis est. sexta quam dura-
 tim et odoratam vocant. et hec ceteris ma-
 gis candida. et hec adulteratur gummi et gle-
 bis lentisci. septima est indica. et illa cete-
 ris prior est et. cum illa alie spes mirre adul-
 teratur. hucusque plinio. Mirra vt dicit dyas-
 c. est gutta arboris circa ramos caloze so-
 lis indurata. et est eligenda citrina et ru-
 fa interius aliquantulum lucida. et huius
 alia est minuta. alia est grossa que trogo-
 ditica appellatur ab insula vbi crescit. cali-
 da est et sicca et habet virtutem confortandi
 et ex aromaticitate sua conducendo par-
 tes in vnu habet vim dissoluendi et con-
 sumendi mediocriter et equaliter ex qua-
 litatibus suis. vnde conseruat corpora mor-
 tuorum quando ex mirra. confectionibus
 conduntur. reseruat autem in optima
 efficacia mirra fere centum annis. va-
 let contra omnes causas reumaticas et
 fluxus inordinatos. digestionem etiam
 confortat. viscosos humores maxime in
 spiritualibus membris purgat. oris fetorem
 emundat. et omnia gingiuarum vi-
 cia sanat et desiccatur. vlcera labiorum pu-
 trida consolidat consumit et coagulat. ce-
 rebri confortat et etiam matricem mul-
 tum corroborat et confortat et omnem eius
 superfluitatem consumit et desiccatur. et con-
 ceptum iuuat. vermes aurium necat. car-
 nem superfluum corrodit. et bonam ac viuam
 generat et conseruat.

Capitulum. CIII.

De mirro
Mirrum est vngentum de mirra et
 alijs speciebus aromaticis compo-
 situm et confectum. cuius virtu-
 te nerui et alia sensibilia membra confortantur.
 et humores in iuncturis ac articu-
 lis existentes consumuntur eius aromati-
 citate spiritus animales reparantur In-
 terficiuntur vermes ac pediculi eius ama-
 ritudine. et prohibet ne nascantur sudores
 fetidi mirro compescuntur. conseruantur
 corpora integra in tumulis ne putredine
 ne dissoluantur.

Capitulum. CIIII.

De mandragora
Mandragora est dicta eo quod habe-
 at mala suaviter olentia in ma-
 gnitudine mali maciam. vnde
 latini malum vocant terre. Hanc potest vo-
 cant antropomoros. eo quod habeat radice
 forme hominis quodammodo simile. cuius cor-
 tex vno mixto porrigit ad bibendum his
 quorum corpus est secandum vt dolorem non sen-
 tiant soporati. huius spes sunt due. vna est
 femina in folijs silis lactuce mala gene-
 ras. alia est masculina cuius folia sunt simili-
 ma folijs bete. vt dicit Plinio. li. xvij. Dial.
 aut dicit mandragora esse herbam somnife-
 ram cuius folia sunt super terram sparsa. radi-
 ces habet duas aut tres sibi inuicem con-
 tinentes de foris nigras intus vero albas
 cum corio grosso. masculina habet folia alba
 et tenuia et radice simile alteri. poma na-
 scuntur super folia sicut galla super folia
 quercus. et sunt colore crocea. odore sua-
 uia tamen cum quadam grauitate. in sapo-
 re autem sunt inhospida. et ideo non conueni-
 unt elui. sed tantum medicine. Nam cor-
 tices eius decocti in vino dormire faci-
 unt et omnes dolores compescunt. vnde et
 vix tunc temporis ferri sentiuntur passio-
 nes. Cautem tamen mandragora est vten-
 dum. quia si in nimia quantitate accipi-
 tur infert mortem vt dicit idem. nam vt dicit
 in plac. virtutem habet infrigidandi et
 aliquantulum mortificandi et somni pro-
 uocandi. et ideo succus eius cum lacte mu-

Liber xvii

cleris temporibus appositus somnū puo/
cat etiam in pacatis. quia est herba sub/
stantialiter frigida. dicitur quod fructus eius
extinguit ignē sacri. compescit etiam co/
lere impetum et ventris fluxum. hucusque
plac. ibi tamen ponit quod secundum naturā simi/
litudō hominis vel mulieris in radice ei/
nullatenus inuenitur. sed potius a rusti/
cis vel maleficis sophisticē sic formatur
Dicitur autē habere virtutē prebituam
mulieribus cōcipiēdo. quod similiter abnue/
re videtur. Aug. sup. Gen. ij. ca. xix. di.
Aug. quod occasione rachelis que mādra/
goras desiderauerat. vidit philosophorū
libros quid vīrutibus herbarū tractant
et de eis dicit se nihil talium in eorū scri/
ptis tunc temporis reperisse. salua tamē
auctoritate beati augustini. Multi autē
crotes dicunt mandragorā multotiens
hanc habere virtutem. vnde dicit aristoteli
dial. et pli. et plac. quod mandragora sum/
pta mō debito matricēs disponit ad con/
ceptionē quā primum calor nimius et sicc/
tōceptionis materiā impediunt. mulie/
res itaque calidas et humidās disponit ad
cōceptionē. cū sit frigida et sicca vt dicit
in plac. et hoc dispositiue sed mulieres fri/
gidas et naturaliter siccas impedit potius
ab hōi dispositione. Multas alias ha/
bet mādragoza virtutes. que vt di. Dial.
tumores corporis repercutit atque tollit mor/
sibus venenosis occurrat. omnēque fluxus
corporis inferius et superius restringit.
Omnia superius posita dicitur in libro
pli. xxx. ca. xvi. vbi dicit quod mādragoze
duo sunt genera etc. et sequitur. post mul/
ta cauent fossiores mādragoze in ei⁹ fol/
sura cōtrariū ventū. et tres circulos gla/
dio circūscribunt. et post expectant effode/
re ad occasum. et ita credunt eius preci/
puas esse vires succus eius colligitur. et
in sole desiccatur. mala eius matura sym/
bra desiccantur. odor malorum est grauis
et infert somnium. et ex odore solo vis ei
somnia est vt dicit idem.

Capitulum. cv.

M De milio
Miliū est herba habens hastam
longam et nodosam ad modum

canne. cuius semen valde est minutum
frigidum et siccum. vt dicitur in dietis.
Et hoc attestatur eius leuitas et conca/
uitas absentia viscositatis et vinctuosita/
tis. et modici nutrimenti. confortat tamē
stomachum gratia sua siccitatis et consti/
pat ventrem. Est autem secundum Dyas. diu/
reticum. et assatum sedat ventris torho/
nem sanguinem laudabilem non gene/
rat. infrigidat stomachum et desiccatur vt
dicitur in diet.

Capitulum. cvi.

M De menta
Menta est herba odorifera calida
et sicca stomachi confortatiua. et
est duplex eius species. scilicet orten/
sis et domestica. et siluestris seu montana
et ista habet maiorem vim calefaciendi
quā prima. et dicitur grece collocasia. quā
latini neptam siue calamentus vocant.
vt dicit Galieno. libro. xvij. ca. penul. et her/
ba est multū medicinalis. Alie sunt spe/
cies mente que crescunt in palustribus
et in pratis sed non sunt tante efficacie
in virtute vel calore. sunt etiā grauioris
odoris piter et saporis quā menta domesti/
ca vel ortensis. que est herba se multipli/
cans et cito de terra pullulans et ascēdēs
cuius hastula in terrā reflexa et ab humo/
recta conuertitur in radicem et cito ex se/
nouam prurit prolem. Est autē mēta or/
tēsis magne efficacie siue sit sicca siue vi/
ridis. habet enī virtutē dissoluendi et cō/
sumendi ex qualitatibus suis. ex aromati/
citate cōfortandi et prouocandi appetitū. ex
suo acimine decocta in aceto fetore oris
amputat. et gingiuas putridas et corru/
ptas purgat. vomitum ex debilitate vir/
tutis reuertitue venientē cum aceto sedat
odore suo et sapore contra hincopim et de/
bilitatem spiritus inuat. matricē mundifi/
cat a supfluis et confortat. decocta in vi/
no colorem viscerū et renum placat. cum
vino et oleo decocta māmillas excoagu/
latione lactis induratas supposita sanat
succus eius veniens obuat et potatus li/
bricos necat et vermes auris. in vino et
oleo decocta frigida apostemata dissol/
uit et curat. rutilim mitigat. hucusque dyas.

et Plaf. ſimiliter yſa. libro. ij. in dictis.
dicit idem. addens q̄ abominationem
amputat ⁊ ſingulum ſedat. linguam le-
nit aſperam ſi ex ea fricetur aſuefacta in
cibo venereſcit excitat.

Capitulum. CVII

De malua

Malua eſt mollis herba. a molliē-
do alui dicta. vt dicit **I**ſid. libro
xij. ſicut dicitur vna cum pli. ſi
ſucco eius admixto oleo aliquis ſe inun-
xerit. a punctura ſpū ledi nō poterit. mē-
bra etiam linita ſucco malue nō patiun-
tur punctura neq̄ morſum ab aranea vel
a ſcorpione. vt dicit **I**ſid. **E**ſt autē ei⁹ ſpe-
cies duplex. minor. ſ. et maior que alrea
dicitur. ⁊ eſt vtraq̄ herba humida inter
frigidū ⁊ calidū t̄pata. vt dicit in diet. ⁊
hoc patet p̄ eius virtutē ⁊ actionē. q̄ dige-
rit a poſtēma et maturat. maxie radix ei⁹
et ſemen. cui⁹ decoctio valet contra fluxū
ſanguinis. quiddā enī habet viſcoſitatis
q̄ ſi cum vino potui detur diſſoluit groſ-
ſos humores renū ⁊ lapidē frangit. du-
ricie ſplenis mollificat atq̄ laxat. deco-
ctio eius prouocat ſomnū. ſi facies ⁊ ex-
tremā corpis inde abluatur ſemis ſui de-
coctio valet p̄nificas ⁊ cōtra tuſſim ſemē
eius in oleo decoctū duriciez ſoluit mol-
lificat. mundificat ⁊ maturat. vt dicitur
in plateario.

Capitulum. CVIII

De nuce

Nux eſt arbor cuius fructus ſimi-
li nomine nūcupatur ⁊ eſt ſic voca-
ta eo q̄ vmbra eius vel ſtillici-
dia foliorum arboribz vicinis noceant.
quam multi latini alio nomine iuglan-
tem vocant. quaſi iouis glandem. **F**uit
enim hec arbor quōdam ioui conſecrata
cuius fructus habet tantaz vim. vt miſ-
tus inter fungos ⁊ cibos venenofos q̄c-
quid in eis virulentum eſt extrahat. ra-
piat et extinguat. vt dicit **I**ſidor⁹ libro
xij. **A**nus fructus habet durum ⁊ ama-
tum corticem. ſed nucleum valde dul-
cem. vnde pomuz omne corio vel cortice
duro tectum dicitur nux vt dicit idē vt

pinē caſtaneē auellane ⁊ hmoi. **E**ſt ita
q̄ nur arbor alta ⁊ procera habēs ramos
et nodos diſſuſos. ⁊ folia lata ⁊ neruoſa
piramidalia ⁊ acuta grauis odoris ⁊ ſa-
poris. quatu⁹ vmbra dormienti ſub ea eſt
nocua ⁊ diuerſarū infirmitatū genera-
tiua. **C**uius tamē radix cortex fructus ⁊
folia cōueniunt medicine nam vt dicit
dyal. ſuccus radicis ⁊ corticis nucis ma-
ioris extractus ⁊ potui datus ad quanti-
tatem vnus oragij ſubuenit difficulta-
ti vrinadi. potatus etiā cum aceto repu-
gnat febribz venientibz cū frigore ⁊ rigo-
re. crines tingit ⁊ mundat ⁊ prohibet caſ-
ſus capillozū. **E**ſt autē multiplicis virtu-
tis ⁊ efficacie. fructus eius cōuenit etiā
eſui ⁊ medicine. ⁊ cū multiplex nux inue-
niatur. tamē de maioribz ſiue gallicanis
et minoribz ſiue auellanis plus loq̄mur
quo ad cibum ⁊ medicinaz. **N**ux autem
vſualis ⁊ domeſtica que a multis dicitur
gallica variatur in ſubſtancia in virtute
et etiam figura. nam in ſubſtancia. vt di-
cit yſa. in diet. aut confiderat vt viridis
aut recēs aut vt matura. **I**n prima diſpo-
ſitione. ſ. viridi habet exterius corium ſi-
ue corticem colorem quiddē viredem ſed
in ſapore ponticū ⁊ amarū. ⁊ manus con-
ſtringentis inficientē. interius autē te-
ſtam paulatim obtinet corio extrinſe-
co duriorē. infra eius ambitū nucleū cō-
tinet vinctuoſū ſaporoſum ⁊ multū dul-
cem. nudei tamē medulla que infra te-
ſtam eſt cōtenta. quadā pellicula velut q̄-
dam tunicula eſt vndiqz circūſecta. ne-
tenera nudei ſubſtancia a teſte rigiditate
ſeu duricia ledere. ⁊ illa quiddē pellicula
teſta mollior eſt ⁊ medulla nucleī durior
et amarior ab experientibz inuenit. ⁊ quā-
to nux plus ad maturitatē producit. pl⁹
ſeparatur illa corticula a ſubſtancia teſte et
medulle nucleī incorporatur fortius vni-
tur. ita q̄ nux ab ea vltim⁹ nō diuiditur
niſi quando p̄ aque calide vel alteri⁹ hu-
midū infuſionē caſu aliquo artificialiter
emollit. nux itaqz viridis eſt min⁹ calidaz
etiā ſicca naturalit⁹ antiq̄ ⁊ minus ſto-
macho nocua. **Q** ſi cū ruta comēſta fue-
rit ieiuno ſtomacho erit penit⁹ cūlibet re-
neno inimica. nuxes x̄o mature. vt dicit

Libere XVII

ysa. quedā sunt recētes. quedā antique. quedā inter has mediocres recētes sunt magis humorose. mediocres vō sūt magis sicce. sed antique consumpta humiditate p caloriz intensionē humorifita/ tem digerentes magis sunt generaliter vinctuose. ideo multū comeste in hūo/ res colericos defaali cōuertunt. 7 maxi me qñ a calidis cōplexionibz in vsum se pius assumūtur. qz in talibz generāt ad/ uisionē 7 capiti vertiginē inferūt 7 tolo/ rem. qui vō eas tpate comedūt et tpate sunt cōplexionis bene eas digerūt 7 eis cōgrue nutritur. vtrius autē eaz attendi tur penes effectū medicine. nam gene/ raliter cōtra rem venenosam corpa con seruat. qz sua ventositate meat⁹ corporis opilant 7 vin veneni ad vitalia penetra re nō pmitūt. Itē nuces cū sale 7 ruta 7 alijs mirtē eq̄liter addito melle moz/ sui rabidi canis subueniunt si interi⁹ su/ mātur. 7 exteri⁹ sup locū vulneris appo/ nātur. venenū enī ad exteriora trahunt potētiāter 7 cōsumūt. Itēz cōtrite cum melle melācolica apostemata 7 rheumati ca nure dissoluit. Contrite insup et ca/ thaplasmate super vmbilicū interiora apostemata interi⁹ in corpe nascentia de/ struit. vt di. ysa. in die. Figura autē nu/ cis est varia. qz alia est rotunda. alia pi/ ramidalis 7 oblonga. alia interi⁹ plana et cōcaua vt patet in auellanis 7 musca tis. alia lateraliter diuisa. sed in summi/ tatis ad modū crucis tecta gnomaliē. i. per formā trianguli distincta. vt patet i/ nucibz maioribz gallicanis. in quibz ge/ neraliter forma crucis interi⁹ est in p̄ssa vt patet sensibilibz intuenti zc.

Capitulum. CIX.

De nucē auellana

Auellana respectu nucis gal/ licane a gressis 7 siluatica est. nā sine cultura crescit in cornis q̄ sunt arbores crescētes in nemore siue sil ua. vt dicit Isidor⁹. et ideo quia in loco publico crescens a transeūtibz auellitur et colligitur. merito auellana nūcupat. Auellane autē vt dicit ysaac. alijs nuci bus sunt minus calide et in substantia

magis pōtice atq̄ grosse. min⁹ rare i sub stantia 7 vinctuose. 7 ideo ad digerendū sunt dure 7 ad exuendū de corpe magis tarde. tamē qñ digerunt multū sunt cor poris nutritiue. si sumant cum interiori pellicula multū sunt generatiue inflatio nis. 7 ideo vt eoz nocumentū auferat. ē vtile vt aqua calida p̄fundant 7 exteriori res pellicule auferant. 7 sic erunt contra multas passiones valiter iuuatiue. qua rū succis melli admixtus valet p̄tra alo picia 7 fluxū capilloz 7 facit pilos in cor pore germinare. vt dicit ysa. 7 p̄stā. Sūt et alie nuci diuersitates que cōgruunt medicine. sicut nuc muscata 7 nuc indi/ ca 7 nuc vomica 7 hmōi. Et est musca/ ta fruct⁹ arboris in india nascētis. crescē tis infra testam durā quodaz corio siue folliculo tectā ad modū auellane. cuius cortex macis vocat⁹ 7 est multū medici/ nalis. maxime enī confortat cor 7 tepur/ gat in cerebro spūm animalē stomachū infrigidatū calefacit 7 cōfortat appetitū et est cortex ille subrufus habens sapore acuti⁹ 7 aliquātulū subamarū. qui autēz niger est vel tertius nō habens acumē in sapore abijciendus est. Flux autē muscata a cortice 7 teca extracta circūdat quadā pellicula tenuissima 7 plana. que quan/ to est ponderosior 7 in odore suauior 7 sa pore acuti⁹. tanto melior. vnde eligen/ da est que grauis 7 solida est interi⁹. que cum frangitur nō puluerizatur. 7 subru/ bicundū colorem p̄tendit cum odore for ti et suau. virtutem habet confortandi et stomachus calefaciendi 7 extenuandi ventositatem 7 auferendi colorem capi/ tis ex frigida causa. applicata enī naribz confortat cerebrū 7 membra spūalia. vt dicit pli. dyal. et plac.

Capitulum. CX.

De nardo

Nardus est herba modica 7 spino sa calida et odorifera. vnde et a grecis nardi spica nardo stactes appellatur. vt dicit Isidorus libro. viij. Est et eius species triplex. s. indica. syria ca 7 celtica. nō tamen crescit in syria. sed in quadam terra montuosa que in vno

latere tangit syriam 7 in alio india. me-
 lior autē est illa que est leuis 7 fusca co-
 mosa 7 sperica parua odoratissima cipriū
 simulans. que masticata lingua desiccatur.
 Hardus autē celtica a regione gallie ubi
 crescit est dicta. 7 etiaz est similis nardo
 siue spice nardi. sed est magis alba. Pa-
 let autē vt di. dyas. 7 pla. virtutē cōfortā
 di ex aromaticitate sua. valet contra sin-
 copim 7 defectū cordis 7 cōtra stomachi
 debilitatē. naribus applicata cerebrū cōfor-
 tat. frigidū reuma cōpescit. cōtra surdi-
 tatem valet et aurū apostemata malum
 odorem oris amputat. 7 gingiuas putri-
 das mundat. opilationes splenis 7 epat-
 tis soluit prouocat mēstrua. 7 matricem
 mūdificat 7 adiuuat cōceptionē. lapidē
 frangit in renibus 7 in vesica. Est enī her-
 ba diuretica. vt dicit plat. se. incisua et
 diuisua et vsq; ad intima penetratiua.
 Item valet cōtra lingue palisim 7 con-
 fortat neruos 7 consumit humorem lin-
 gue organa occupantē. valere etiam di-
 citur cōtra morbum epilepticū si rebito
 modo patiētibus ministratur. Ad multa
 alia multū valet. ex qua fit oleum nardi
 num qd ad omnia prius dicta 7 ad alia
 maxime est necessarium.

Capitulum. CXI

Olea est arbor fm *Plido*. cui fru-
 ctus dicitur oliua. succus xō olei
 nūcupatur. vt dicit *Plido*. libro
 xvij. sepe tñ arbor oliua appellat. Est au-
 tem arbor oliua pacis 7 insignis. vt dicit
 idem. Nam vt dicit romanorū historia.
 sine oliuatiū ramis nō mittebant legati
 pro pace aliqua obrūnda siue alijs offe-
 renda. Unde fm remigiū patet huius ar-
 boris excellētia. qz in signū recōciliatio-
 nis 7 federis dei cū noe colūba nō cū alte-
 rius arboris ramusculo. sed solū cū oliue
 inter signo ad archē senestrā est reuersa.
 Imo fm *pli. li. xv.* victores apud atenas
 quōdam olea coronabant. greci xō tādē
 oleasti suos coronari iudicabant. vt di-
 cit idem. Est itaq; olea arbor coma 7 vi-
 rore 7 ramorū multitudine speciosa. fron-
 tes habens subalidos 7 molles. viroris

pulcritudinē in estate 7 in hyeme retinē-
 tes. flores etiā habet minutos 7 multos
 suauiter redolentes. durū corticē 7 radi-
 cem amarā. fructum pingue lapidū atq;
 dulcem. Nam vt dicit *Plido* ex amari-
 tudine radicis surgit oliua in pabulum
 lumis 7 medellā vulneris ac in refectio-
 nem esuriētis. In lucernis enī ponit ad
 ignem nutriendū. mēbris languidis po-
 nitur ad medendū. in cibo apponit ad ves-
 ficiendū 7 ad cōdiendū. vt dicit idē. Est
 enim oleū igniū 7 luminariū nutritiuū
 morborū remediū 7 abariorū suauissimū
 cōdimentū. vt dicit *Plido*. Est ergo oli-
 ua siue olea arbor fructifera 7 medicina-
 lis. cuius cortices folia 7 fructus cōueniūt
 medicine. cuius lignū maxime est solidi-
 tatis 7 cōpactionis 7 quasi impuribilis
 puritatis quibus sit multe duricie in ex-
 teriori substantia. multū tamē habet hu-
 morositatis 7 vnetuositatis interius in
 medulla. De oleis autē 7 de oliuis dicit
Pli. libro. xv. arboris olearū fructifera-
 rum multa sunt genera in regionibus nō
 multū calidis. sicut 7 nec in regionibus ni-
 mis frigidis. sed potius in tpatis. magis
 tamen se habentibus ad calorem q̄ ad frigi-
 ditatem. 7 ideo iubet catho vt dicit idem
pli. oliuas feri in solo calido non nimis
 pingui nec nimis macro radijs solis op-
 posito. nam celi eis maxime cōferret mul-
 tum diligūt rorem celi 7 aeris serenita-
 tem. vnde si fiunt copiosi ymbres quan-
 to oliue maturescūt viciatur oleū 7 con-
 sumitur. nisi sequat serenitas que exte-
 nnet liquorē dicit *Pli. ca. iij.* nec indiget
 olea falce vel rastro vt putet sicut putan-
 tur vitēs. sed soli et rozi celesti cōmittit
 verno gaudet tpe 7 incipit tunc florere.
 cuius fructus primo circa hyemē colligunt
 collectis fructibus solent oliuantes terrā
 apire circa radicē. 7 quasdam tuberofita-
 tes 7 adulterinos ramusculos circaveras
 radices crescētes caute p̄scindere. 7 hu-
 iusmodi sup̄uitates circa radicē solent
 aliqui ytalici rustici podagrā oleo appella-
 re. vnde p̄sasis illis radiabz fallis mel-
 fructificat olea 7 mirabiliter emēdat nec
 vult olea p̄cuti graunter cū p̄cis p̄ suo
 fructu colligēdo. sicut faciūt aliq̄ minus

cauti. qz talis percussio cedit ad iniuriam
 ipsi arboris 7 dññi anni subsequētis. mi
 nus enī fructificat sic percussa. vt dicit pli.
Multe autē sunt hui' arboris spēs. que p
 diuersitate fructuū discernūtur. Oliua
 itaqz fm **Ysid.** arboris oleo designat fru
 ctum. cui' multiplex differētia inuenit.
 vt dicit ysa. oliue autē alie sunt domestice
 et alie sunt siluestres. domestice fructus
 faciūt qñqz maturos qñqz imaturos qñ
 qz inter hos mediocres. Inter istos autē
 fructus oliuares primi sunt terrestres
 pontici riuades. secūdi sunt subruel
 fm **Dyal.** iacinctini. vltimi vō videntur
 esse nigri. 7 quāto sunt nigriores exteri'
 tanto sunt maturiores 7 interi' vinctuō
 siores 7 ad exprimendū oleū aptiores. 7
 sicut dicit **Aresto.** nunqz pfecte mature
 scunt in arboze etiā si p multos ānos ibi
 essent sed vt verā 7 cōpletā consequātur
 maturitatē. optet vt bacce collecte de ar
 boze p plures dies in vna cōgerie coacer
 uentur. 7 sic p cōpssionē mutuā ac ni
 miā cōfortato calore 7 reuocato ad inte
 riora ad plenā maturitatē pducenē. fm
 vero ysa. in dieb' oliue cum fuerint rubee
 nondū bene mature nec dū plurimū vn
 ctuose stomachi sunt valde cōfortatiue
 et cōstrictiue. 7 appetitus excitatiue. ma
 xime si cū aceto vel aqua salia fuerint p
 parate. tamē dure 7 difficiles sūt ad di
 gerendū 7 min' alijs nutritiue. Frigre ve
 to que iam sunt quasi mature calide sūt
 et inter siccū 7 humidū tpate. multū qui
 tem nutritiue. sed stomachi mollificatis
 ue. 7 ad digerendū magis dure. quia vn
 ctuositate sua. in stomacho supenarant 7
 ad decoctionis locū inferius nō descen
 dunt. 7 ideo in humorū corruptionē ci
 tius trāsducunt 7 minus laudabiles sūt
 alijs ad edendū. vtilēs tñ sunt in medi
 cina. qz 7 tute 7 vtilē supra loca q̄ igne
 vel aqua calida sunt exusta vesicam repri
 munt ibi nasciturā. poros enī aperiuunt
 et exalare faciūt fumositates que inclu
 se sub cute sunt causa vesice et tumoris.
Ducusqz ysa. in dieb'. Dicit autē pli. libro
 xv. ca. iij. qz bacce siue grana oliue q̄dū
 sunt i arboze nō peresit. 7 quāto diutius
 in arboze pmittunt. tanto meliores sūt

semp enim nouas vites resumit 7 dif
 ficilius cadunt. Constant autē oliue vt
 dicit idem. ex nucleo carne oleo 7 amur
 ca que sanies siue fer oliue dicitur. 7 est
 amara vtilis tamē in medicinis. sed nus
 dei cum folliculis oleo eliquato vtilēs
 sunt ad ignem nutriendū. porci etiā dicit
 tur inde impinguari.

Capitulum. CXII

Oleo
Oleū succus ē oliue vt dicit **Ysi.**
 et tanto est nobilius quāto rece
 tius 7 facili' a suis folliculis eliq
 tur. vt dicit pli. li. xvij. ca. ij. vbi dicit q
 oleum p vetustatē viciat. 7 dicit ibidem
 qz oleum in torcularib' extorquendū me
 lius eliquat si oliue siue olee bacce prius
 cum molari lapide vehementius contrite
 feruentissima aqua p̄fusa fuerint 7 resper
 se. nam p talem aquā calidam vinctuosi
 tas ab amurca 7 nucleis separaf. que su
 perenatās tandē ab ipsa aqua artificia
 liter sepatur. Et vt dicit idē. quāto oleū
 um citius de torculari erit tāto oleū lau
 dabilius indicat. nam pingui' est 7 suauis
 us qd minus cū terrestri substantia ad
 miscetur. **P**eter hec di. pap. qz siqs inter
 aquas melius oleum in ore prius inclu
 sum in aquas emiseric clarioza facit oia
 que in fundo aque cōtinent. 7 patēt oculi
 lis ipsius facilius oia que in aque infe
 riorib' abscondūtur. **C**ui' natura est vt
 cibos condiat 7 fomentū luminis admi
 nistret. 7 corpa fessa recreet 7 confortet.
 neruōs cōtractos 7 induratos ac spasma
 tos remollit 7 relaxat. apostemata dura
 mollificat 7 maturat. et maxime oleum
 lini. **M**ultiplex enī est oleum 7 ex mul
 tis rerum generib' est exp̄ssus. aliud au
 tem est simplex. vt oleū oliuarū. oleū nu
 cum. oleū papauerū. oleū amigdalini.
 oleū raphani. oleū lini. oleū canopi 7 hu
 iusmodi. aliud est cōpositū. 7 ex hoc gene
 re aliud est frigidū aliud calidū aliud est
 stipticū 7 cōstrictiū aliud laxatiū. **N**ā
 ex appositione calidorū efficitur calidū.
 et ex frigidis frigidū. 7 ex stipticis stipti
 cū. 7 ex laxatiuis laxatiū. 7 iō fm diuer
 sas causas morboz sunt adhibēda diuer
 A 4

fa genera oleruz. vt oleū laurinum nardi
 num puleginū in causis frigidis. oleum
 vero rosaceū siue violaceū in calidis cau-
 sis apponaf. potest aut oleū ita fieri cali-
 dum vt febrē inducat si inde vene pulsa-
 tiles ⁊ nares ⁊ vole manū ac plante pe-
 dum inungant. vt oleū in quo decoquit
 caro leonina. vt dicit in compedio saler-
 nitani. potest etiā fieri ita frigidū q̄ in-
 ducat mēbro inde puncto stuporē ⁊ in-
 sensibilitatē vt patet in oleo mādrago-
 rino q̄ fit ex oleo in quo poma mādrago-
 re sunt decocta vel diuī⁹ reseruata. Sed
 inter olea sic cōposita magis laudabilia
 et magis in medicina vtilia sunt t̄pata.
Simplex aut oleū quo ad medicinā et
 quo ad cibuz. primū locū obtinet oleum
 oliuariū. deinde nucū ⁊ amigdalariū. ter-
 cio oleū papaueris. q̄ tamē alijs oleis
 p̄dictis est magis frigidū atq̄ sicū. ma-
 xime q̄ fit de semine eius nigro. ⁊ habet
 virtutē inducēdi somnū. valet cōtra ca-
 lida apostemata in principio. ⁊ cōtra epa-
 tis calefactionē. vt dicit **Plaf.** alia autē
 olea minus cōueniūt cito propter odo-
 ris grauitatē ⁊ saporis horribilitatē. con-
 gruūt tamē vtiliter medicine sicut dicit
 ysa. in dietis. habet aut omne oleū gene-
 raliter multū acritatis ⁊ acree leuitatis
 et ideo omni liquori supfertur ⁊ alijs li-
 quoribz subesse ⁊ designat. penetratiue est
 virtutis ⁊ sui diffusiuē. ⁊ ideo in vasis vi-
 treis vel vitreatis vasculis melius q̄ in
 ligneis vel porosis vasculis alijs custodi-
 tur. restes q̄ tangit inficit ⁊ in eis odo-
 ris sui restigiū quasi inseparabiliter gere-
 linquit. diffusum in aquaz in superficie in
 guttulas orbiculares se recolligit ⁊ vt to-
 taliter quo ad pinguedinē ⁊ saporē sepe-
 tur ab eius superficie vix p̄mittit. **O**leuz
 autem sapore asperū ⁊ odore horridū cum
 amurca siue fece mixtū. ad cibū non est
 aptum. nausē enī ⁊ vomitū prouocat et
 ste machi orificiū corrūpit ⁊ imutat. oleū
 etiam apes ⁊ animalia anulosi corpo-
 ris interficit ⁊ extinguit si inde pfundā-
 tur. vt dicit **Aristo.** sed aceto post infusa
 reuincūt. **I**tem oleum purum ferrum
 politum a rubigine seruat quādo ferruz
 inde inungit. sed si fuerit corruptum vel

aquosum ⁊ cū fece mixtū destruit ferrum
 et corrumpit. vt dicit pli. li. xv.

Capitulū. CXIII

De oleastro

Oleaster est siluestris olea sic di-
 cta. eo q̄ in folijs similis sit oli-
 ue. sed eius folia sunt latiora. et
 est arbor inculta sterilis ⁊ amara. cui in-
 sertus oliueramus vi m mutat radicis ⁊
 conuertit in propriā qualitātē. vt dicit
Thidoz libro. xvij. **L**uius lacrima est du-
 plex. alia est similis gummi sine vllō qlē-
 tatis morsu. alia est mordax seu similis
 gutte amoniaci. vt dicit **Thido.** Et quū
 oleaster arbor sit siluestris. tamē eius cor-
 tices gūmi ⁊ frondes cōueniūt medicie
 nam eius folia cū sint stiptica ⁊ amara.
 melle addito sanant vlcera capitis atq̄
 oris. vt dicit **Dyal.** succus corticis ⁊ frō-
 dium stipticus est ⁊ cōstrictiū. vnde va-
 let ad intercipiēdū humorū omniū fluxū
 vt dicit idem. **G**ūmi eius valet ad mul-
 ta. et illud q̄ est mordax maxime. nam
 vulnera mūdificat ⁊ sanat. gingiuas cor-
 rosas ⁊ corruptas adiuuat. ⁊ dentes mo-
 tos reborat ⁊ cōfortat. **E**niphilam. i. sa-
 crum ignē ex colera furiosa carnē ⁊ ossa
 corrodentē reprimat atq̄ sanat. valet cō-
 tra allopicia ⁊ fluxum capillorum. et tin-
 git crines ⁊ caniciem vel palliat vel retar-
 dat vt dicit **Pli.**

Capitulū. CXIII

De olera

Olera ab alendo est dictum. eo q̄
 sicut **Thido.** homines primo oleri-
 bus alerentur anteq̄ fruges et
 carnes ad esum hominibus preberentur
 pomis enim ⁊ oleribus nutriebantur ho-
 mines ante diluuiū. sicut animalia gra-
 minibus atq̄ herbis vt dicit **Thidoz** li-
 bro. xij. et quū omnia graminosa ⁊ ter-
 ra nascētia que sunt coquibilia ⁊ elui ho-
 minū apta generaliter olera dicantur.
 tamen vulgariter caules olera dicuntur
 quoz frutices ⁊ tithi amplī⁹ ac elcere cete-
 ris oleribus arbitrantur. vt dicit idem.
 que ⁊ summitates dicuntur time q̄ si come-
 in quibz maxime est vigēs virt⁹ natura

Libet .XVII.

lis. et ideo in timis tam herbariis quam oleis maxime consistit efficacia medicine ut dicit idem. Est autem herba frigida et sicca turbidum quidem et melancolicum generans sanguinem. horribile etiam odorem facientem. ut dicit ysa. in dietis. et sunt etiam quidam caules estuales. et quidam hyemales quorum herbe sunt compositae ex contrariis. Nam substantia est grossa et dura ad digerendum. Jus vero succus est colatum et inde desiccatur et ventris humectatius et laxatius sed substantia sine iure est constipativa. Tollitur autem eorum nocumentum si in aqua elixetur. et aqua proiecta in alia decoquatur et cum pinguedine optime condiantur. ut dicitur in dietis. Est autem herba que proficit per transplantationem nam quando in uno loco fuerit seminata. si postea creverit in planta ad humum meliorem transferat. multum crescit. et tam in quantitate quam in qualitate seu virtute melioratur. In estate quoque folia eius tenera ab erucis et ab alijs verminibus corroditur in hyeme vero gelu et pruina constringuntur et sic efficiuntur magis tenera ad coquendum et ad comedendum meliora. nam reuocato calore ad interiora foliorum melius digeritur substantia eorum. et sic efficiuntur magis sapida et sunt molliora. Pli. vero li. xx. ca. p. multis laudibus extollit caules quo ad usum medicine et dicit quod triplex est species. quedam est crispavtilis stomacho alius modice molliens. alia lata habens folia spissa. et ista minus valet ad medicinam. tertia tenuia habet folia et simplicia et ceteris amarior. sed utilior medicine folia eius trita et apposita bis in die sanant canum vulnera recentia. et inueterata mire sanant. caulis parum coctus soluit. multum coctus stergit. vino et ebrietati resistit. nervos confortat. et ideo utilis est paliticis et tremulosis. lactis ebrietatem preter puerperis. succus eius valet contra venenum. dicit etiam idem quod valet contra morsum canis rabidi. odorem seminis eius cocti fugiunt serpentes. Pulcras numerat alias eius virtutes quas pro tedio hic omitto. dicit etiam quod bractea siluestris seu caulis per se nascens habet effectus fortiores etc.

Capitulum. CXV.

O De ordeo
Ordeum est dictum eo quod cito fit aridum. ut dicit Plinio. vel ab ordine. eo quod eius spica quasi sex ordines continens inuenitur. et illud genus ordium melius pascit a alia quam triticum. et salubrius homines quam malum triticum vel siligo ut dicit Plinio. Aliud est genus ordeum habens duos ordines in spica sua. Tercium dicitur trimense. eo quod iactum in terra vero non tempore celeriter recolligitur. ut dicit idem. De ordeo dicit Plinio. li. xvij. ca. vij. primum inter frumenta seritur ordeum apud enim multas nationes panis inde fit precipuus. et polenta fit ex ordeo apud grecos. et illi primo ordeum aqua perfundunt. quod postea desiccant et sic molis commingunt et a cortice farinam purgant. Alij ut italici ordeum siccum in subtilem farinam molunt sine perfusione aque precedente. Ordeum frugum omnium molliissimum est in medulla. et seri non vult nisi in sicca et solida terra. unde propter sue substantie molliem multum cito rapit ad maturitatem. nec videtur aliqd semen minus calamitosum quo ad corruptionem. quia citius crescit et recolligitur. et ante quam triticum inuadat corruptio vel rubigo. Inter omnia vero crescentia frumenta viliozem habet paleam et humiliozem stipulam. sed multum habet laudabilem medullam quando modo debito paratur et farinam accuratissimam seu polentam. ut dicit Plinio. Est autem ut dicit ysa. in die. ordeum granum frigidum et siccum virtutem habens colatiua et mundificatiua et excruciatuam. et parum habet ventositatis respectu fabae. minus tamen nutrit faba quam ordeum. quous etiam sit magis naturaliter inflatiua. nec enim bene semper corpus nutriunt que per ventris folliculos siue corporis se extendunt. ut dicit idem. Multi autem sunt ut dicit Plinio. qui plus virtutem ordeum in medicina quam in cibo. Unde tamen fit potus mundificans. corpus nutriens et restaurans. spualia membra recreans et mundificans. de ordeo etiam confuso de cortice mundato et cum aqua munda decocto

fit medicinalis potus. quam phisici pti/
sanam vocant. cuius virtus est fitis ex/
tinctiua. sanitatis custodiua. febrilis
caloris alteratiua. sed de ptisano quere
infra in litera t.

Capitulū. CXVI

De palma

Palma est arbor victorialis. sic di-
cta vt dicit *Phido. libro. xvij. q.*
manus victricis siue obtinentis
victoriaz est ornatus. vel quia est ad mo-
dum palme hominis habens ramos. *Est*
autem arbor nobilis et insignis sempiter-
ne pulcritudinis et virois. diuturnis ve-
stita frondibus sine ulla successione cōser-
uans folia sua tempore hyemis et esta-
tis. et quia est arbor annosa durans in vi-
tute et virore per multa tempora. ideo ad
similitudinē auis femicis que multis vi-
uit annis. palma a grecis fenix est voca-
ta et cum sit arbor fructifera fructus fe-
rens delectabiles et suaves. non tamen
in omnibus locis ubi crescit parit fructus
maturitatē. frequēter tamen in syria et
in egipto fructus eius dactilia similitu-
dine digitorum sunt vocati. quorum no-
mina variantur. nam alij vocantur pal-
mule similes mirabolans forme dispo-
sitione. differunt tamen penitus in sa-
pore cum isti sint saporis dulcissimi et iocun-
di. mirabolani vero saporis sunt horribi-
lis et amari. alij vocantur thebaici qui et
nicholani. alij mutales quos greci cana-
thos vocant. hucusque *Phidorus. Est autē*
palma vt tangit glosa super psalmistam
arbor magne proceritatis et altitudinis.
sed tamen ad cedri altitudinē non prin-
git. Cuius radix est aspera et rotunda. in
profundo ipsius terre valde fixa. truncus
autem eius solidus est et cōpactus et
imputribilis firmitatis. cortex eius cir-
ca truncū durus et rugosus. et quodāmo-
dō pungitiuus et maxime versus terram.
et ideo difficilis est ad scandendū et cum
difficultate pringitur ad eius fructum.
folia eius pyramidalē habent formam ad
modum gladij. quibus autem palma du-
ra sit circa stipitem et aspera. in superiori-
bus tamen iocūdi est aspectus in ramor-

rum pulcritudine et in coma. in summi-
tate ramorū portat fructus suos et nō in
medio foliorū. vt dicit *Ph. libro. xvij.*
Cuius fructus est tanto vinctuosior dul-
cior et sapidior quāto immediatus solis
radijs appropinquat. In multis siquidē
regionibus crescit. sed non ita fructificat
sicut in regione feruida solis spiculis cō-
tinue repussa et leni terra sabulosa et vi-
trofa. et ideo palmis iudea est indita. vt
dicit *Ph. libro. xvij. ca. v.* Item idem.
palmarū duplex est species. masculus et
femina. masculus primo floret. femina
postea germen prumpit. nec fructificat
femina nisi ita sit propinqua masculo vt sal-
tem medianterento odore masculi femi-
na pfundat. Idem etiā dicit *Aresto. li-*
bro vegetabiliū. Et quando seminatur
oportet vt masculi et femine semina pro-
ter seminētur et bina et bina sint cōposita
et ex singulis erūpit planta. vnde quā-
ne plantule ex eis coalescūt que ad inue-
cem tandem coadherent. et ad modū alio-
cuius rei mutuo miro nature artificio
se connectūt. nec bene crescit nec etiam
fructificat femina sine masculo. imo si ar-
bor abscidatur mascula femina post bidu-
um sterilefcit. sed asperxis folijs et floribus
masculi circa radices femine. femina ex
vicinitate masculi quasi ex coitu iterum
vires recipit et resūmit nec diligit hūmō-
plantaria locū humidū pingue et fumo-
sum. imo potius locū salsum et arenosum
et ideo ubi nō est tale solū. oportet aspergere
salē nō iuxta radicē sed aliquatūlū in vi-
cino. vt salis siccitate humorosa tere sup-
fluitas cōsumatur. Et di. pli. quedā est
species palme in meridiano orbe que tra-
ditur esse vna et non multiplicat alia ex
ipā. sed quā pretulstate oīno perit et deficit
iterū ex se renascit ac reuincit. et ideo pu-
tatur fenix auis arabie ex huius palme ar-
gumēto nomē accepisse. qz morit et rena-
scitur ex se ipā sicut facit palma supradi-
cta. vt di. pli. ibidē. Item ibidē di. idem
In ethiopia sunt varie palmarū spēs.
nō rarisitate magis quā suauitate mirabi-
les. int̄ quos sūt ille quod dicitur cariace melio-
res et succo et alio. nam eaz fructus succo sunt
vberissimi. vñ et ex eis vna p̄cipua ex p̄ri-

Lib. XVII.

mūtur. hucusq; **Pli. li. xvij. c. v.** **A**st igitur palma arbor singularis gracilis stripi-
te et hirsuta respectu solia quo exit. pul-
cra autē est dilatata in ramis et comis res-
pectu celi ad quod superius in cacumine se
extendit. cuius folia sunt longa in superficie
quidē plana ac spissa et flexibilia. diuersis
conexionibus utputa sportulā valde apta.
ut dicit hiero. nihilominus in angulis la-
teralibus sunt incidentia et pacuta. cuius ra-
mi dicuntur elate se seque eleuantes sursum
seruantes virore continuus et se nunquam ad
infima inclinantes. **E**t secundum hoc media hu-
ius dictionis elate in penultima produci
habet. ut canticorum. v. vbi dicitur come tue
elate palmarum. elate tamen siue elates grece.
dicitur abies latine. et secundum hoc penultima
corripitur. et sic videtur ponere alia littera que
di. can. v. crines eius sicut abietes. et sic
media corripitur habet non produci. **V**arietas
autem fructus palme tam in forma quam in di-
tute secundum diuersitatem ligni a quo exit. et
secundum diuersitatem soli in quo palma crescit
et secundum variam receptionem caloris celestis
qui diuersimode secundum diuersos situs ad pal-
marum cacumina se diffundit. ut di. pli.
libro. xvij. **P**rimū patet. nam in multis
palmis raro vel nunquam inuenitur fructus
propter malā vel minus sufficientem dispo-
sitionem ipsius arboris. ut patet in palmis
italicis. in quibus raro vel nunquam fructus
aliquis inuenitur. et si crescat nunquam ta-
men peringere ad maturitatem et completionem
debitam reperitur. ut dicit pli. **S**ecū-
dum patet et predictis quare in humo si-
ue solo nimis frigido et humido pingui
vel fumoso defacili non proficiunt. immo
sine remedio nullatenus conualescunt. ut
dicit idem. **T**ertium autem patet quod in lo-
cis umbratis a radiorum solarium presentia
absolutis. nec crescere possunt palme et
si forte alicubi creuerint. nullatenus ta-
men poterunt fructificando ad palmarum
gloriam peruenire. et hoc est quod tangit ysa-
ia in diet. dactili inquit fructus seque palmarum
feri calidi sunt et humidum in secundo gradu
et diuersas habent actiones secundum regionum
varias qualitates. nam quidam nascuntur
in regione frigida. id est remissa calida. que-
dam in feruida. et quidam inter hec temperata.

qui vero in regione feruida vbi sol conti-
nuus est fructus sunt dulcissimi saporis et
pre viscositate quadam aliquantulum vn-
ctuosi. et tamen cum sint dulces valde. si quis
eis nimis utatur aliqui poterunt sic vten-
tibus inferre corporis lesiones. nam tumores
et inflationes generant dolorem oris et
stomachi et etiam capitis prestant. splenis et
epatis meatus obstruunt et opilant. ex quo
patet quod omnibus dulcibus vni continue non
est bonum. Immo sepius anime et corpori est no-
cium. **F**ructus vero crescentes in terra fri-
gida siue remissa calida ad maturitatem
non perueniunt. et ideo in sua ponticitate et
siccitate permanentes velut crudi corpori non
multum nutriunt. quoniam potius obstant
multum. quod sunt ad digerendum duri quam
tamen aliquantulum stomachum confortent. ta-
men de stomacho defacili non recedunt. vnde
de diutius ibi facientes moram torsio-
nes ibi generant sepius ac inducunt. ut
dicit idem. **I**n crescentibus vero in regio-
ne mediocriter calida quibus sunt maturi
tamen tanta inest eis aquosa humiditas
supflua quod non possunt in maturitate con-
seruari. vnde et corpora replent crudis hu-
moribus qui sunt materia diuturne fe-
bris. ut dicit ysa. in dietis. **E**st autem fru-
ctus palme compositus ex molli substan-
tia et carnosam. ex nucleo duro et quasi la-
pidoso in cuius medio semen continetur.
tamen aliqui dactili inueniuntur in sy-
ria et in egipto omnino sine nucleo. et ta-
les spadones nuncupantur. quia in eorum
substantia non est ratio sementina. ut di-
cit Plinius. **Q**uanto autem palma natu-
ra et genere annosior. tanto fructus eius
melior est. non enim fructificat ante cen-
tum annos. et tunc primo habet completas
vires et perfectas. valet et fructus palme
secundum Dioscoridum. vtiliter in medicina. habent
enim virtutem leniendi asperitatem arteria-
rum. et clarificandi vocem. et maxime quoniam be-
ne sunt mature. nam virides sunt scripti-
ci. ut di. pli. quosdam milites alexandri
fuisse palmis viridibus strangulatos. vnde
de quando omnino sunt virides non conue-
niunt cibo. sed solummodo medicine. va-
lent etiam contra dysenteriam et alios fluxus
quando more debito apponuntur.

Capitulū. CXVII

De palmitē

Palmes tis, dicitur proprie ra-
mus vitis, vnde dicit **Ihsid.** libro
xvij. palmes est vitis materia
mollis qui per nouella brachia emissus
fructus affert, cuius foliū pampinus di-
citur, eius enī subsidio palmes ab ardo-
re et frigore defendit atq; aduersus om-
nem iniuriā p̄munif. Qui ideo alicubi
intercausis est, vt solem ad maturandum
fructus admittat et faciat, vt dicit **Ihsid.**
totam autē virtutē suam et nutrimentū
atrahit a radice, et quia propter inclu-
sum calcem in substantie sue proficitate
fortis est attractōnis multū atrahit hu-
moris quem transmutat in substantiam
ipsius palmitis et qđ residū est cōverti-
tur in materiā germinis frondis fructus
atq; floris, vt dicit **Pli.** libro. xij. qualis
autem fuerit humor nutrimentalis in ra-
dice, talis ostendit in palmitē, vnde vo-
cet cōpendiū salernitam facere vvas di-
uersi coloris ex eadem vite. Si enī dux
vitis inseritur, viti in marcio fiat inser-
tio in tribus ramis procedentib; ex vno
stipite ipsius vitis, si cum vno surculo in
sectionis loco apposueris colorem tuteū
et in alio colorem blauū, et in tercio co-
lorem croceum, singuli palmites ex pre-
dictis ramis procedentes, tales profes-
tunt fructus quales in inserendo apposi-
ti sunt colores, sed quia in his partibus
raro vitis viti inseritur, quous aliquoti-
ens palmes vitis alijs arboribus in sera-
tur, ideo solet fieri fructus mutatio isto
modo. In marcio quādo incipit humor
ascendere de radice, aperitur cortex vitis
caute circa radicem, quo aperto fit colo-
ris intermissio in circuitu inter lignum
et corticē, et tunc diligentē custoditur ne
humor ascendens de radice exeat in scis-
suram vnde humor quē paulatim attra-
hit palmes a radice mutatur transiens p̄
colorem, cuius pars vinctuosior transiens
in fructum, in fructu ipso coloris vestigi-
um dereliquit. Eodē artificio potest im-
mutari quelibet plātula in sapore et colo-
re, et sic fiunt arbores que naturalit̄ sunt

cōstrictiue artificialiter latatiue, et con-
uerso, vt dicit idem, hoc idem dicit etiā
alfrē, super li. v. plantarum, s̄m q̄ species
varie earū corticibus insertionis seu plā-
tationis tempore artificiosius supponun-
tur. Palmes autē vitis vt dicit **Ihsidorus**
quedam ex se emittit vimina siue vincu-
la quibus arborib; se vinciunt et connes-
ctunt, quorum adminiculo freti ventis et
turbimb; resistunt ne larati palmites
ventorū flatibus dissipentur et vt sine la-
plis periculo suos fructus sustineant et
vaga proceritate se diffundāt, multum
enī in principio sunt fragiles et ideo ta-
libus indigent tenaculis quousq; effici-
untur successiue solis beneficio fortiores
singulis annis indigent palmites rese-
catione a supfluorum rebita expurgatio-
ne sic enim plus fructificant et diffusius
se dilatant, non amputati autē regene-
rant et in labuste speciem se transmutāt
Dinoscitur autē palmes generosus per
nodorum et germinū vicinitatē. Nam
vt dicit **Plinius** libro. x. ca. xxx. palmes
raros habens nodos et distantes, signus
est infecunditatis, densitas vero germi-
num fertilitatis indicium est, quere infra
de natura vitis.

Capitulū. CXVIII

De propagine

Propago propaginis est nouel-
lus ramusculus prumpens et sur-
gens ex flagello prius terre in-
fixo et immerso sicut dicit **Ihsido.** Dican-
tur autē flagella vitium summitates si-
ue extremitates, eo q̄ ventorū flatibus
agitantur que vel p̄pter vitis dilatatiōes
vel p̄pter renouationē terre imerguntur
ex quib; noue plātule egrediunt, et vitis
propagines appellant. Propaginare est
idem qđ flagellū terre immersis sternere
et inde nouas vites producere, et sic vi-
neam dilatare. Nam propagare, exten-
dere et producere idem est vt dicit **Ihsido.**
palmites itaq; vinee siue rami ad terre
cōcauitatem incuruati et in quibusdā so-
ueis a terra cooperti quādam concipi-
unt vim germinandi et nouas propagi-
nes p̄ducendi, vnde virtus germinatiua

Liber XVII

eristes in flagellis sursum vi caloris erit/ pens paulatim transmutat' exterius in propagines pars vero eiusdem stutis repressa inferius admiscetur terre et conuertitur in radices a quibus nouelle propagines attrahunt nutrimentum et tandem radices totaliter efficiuntur a quibus propagate vites velut filie a matre continuo nutriuntur. et sic fit quod primo a nutrice scilicet radice nutriebat' conuersum per propagationis artificium in radice. habet vt vicinera nutritis officio fungat'. quia palmes siue flagellu quod pino nutrimentum a radice hausit. nunc per conuersionem in radicem omnes alios a se crescentes veluti mater nutrit. vt dicit Gregorius.

Capitulū. CXIX.

De platano

Platanus est arbor a latitudine foliorum sic dicta. eo quod patula sint et ampla. nam platos greci patulum vocant. vt dicit Isidorus. li. viij. cuius pulcritudine exprimit scriptura dicens quasi platanus exaltata sum. Eccl. xiiii. Solia quidem habet folia et tenera vitis folio similia vt dicit idem. Dioscorus ad ista addit quod platanus est arbor frigida et sicca. cuius folia in causis calidis et humidis sunt vtilia. nam vt dicitur reuma compescant et tumorē calidum et ulorū. decoctio corticum eius et foliorum reprimit dolorem ventium vt dicitur ossium aliorum. stutem dicitur habere leniendi et acutos dolores mitigandi. vnde valere dicitur contra combustiones si cum alijs lenitiuis apponatur. et etiam decoctio in vino valere dicitur contra venenū. hanc arborem laudat plinius libro. xij. ca. iij.

Capitulum. CXX.

De populo

Populus est arbor a multitudine dicta. eo quod ex eius calce. id est fine vel radice multiplex ramorum densitas oriatur. vt dicit Isidorus libro xviij. Cuius genus duplex est. nam altera est alba altera autem nigra. alba qui

tem habet folia ex vna parte alba ex altera viridia. et hic est bicolor habens quasi diei et noctis notas. nam alio modo variat colorem in solis ortu. et modo alio in occasu. vt dicit idem. ab hac autem arbore. vt dicit idem effluit resina iuxta eridanum fluium in ytaliam. et etiam in syria. et hec resina a Dioscoro. et ab alijs iudicatur medicinalis. nam sanguine strugit. sudores et alios fluxus noxios compescit. ex eius siquidem summitatibus et comis solet fieri unguentum frigidum opilatiuum et caloris mitigatiuum. tumoris repressiuum. somni prouocatiuum. et hoc unguentum populeon a medicis nuncupatur. et in multis causis necessarium iudicatur. Dixit etiam Isidorus. quod populus et platanus et salix mollis sunt materie et ad sculpturam apte. et tales arbores piceis ramis plus crescunt et in latum et in longum amplius se extendunt.

Capitulū. CXXI.

De pino

Pinus est arbor picea a foliorum acumine sic vocata. pinum enim antiqui acutum appellabant. hec arbor dicitur picea. eo quod desudat picem vt dicit Isidorus libro. xviij. Ex pino in insulis germanie gignitur lacrima siue gutta que desuens frigore vel calore indurescit et gemmā facit. et dicitur electrum. vt dicit Isidorus ibidem. hoc autem electrum alio nomine dicimus succum eo quod arboris sit succus. Dicitur etiam ibidem pinus prodesse cunctis que sub ea serunt sicut omnibus dicitur nocere ficus. Est autem pinus arbor procerā et valde recta leuis et porosa. et tamen multum fortis. cum sit nodosa. et ideo ex pino optimi in nauibus fiunt mali. pinus etiam edificijs sunt valde apti. defacili tamen inflamantur et incenduntur quādo igni casu aliquo applicantur. et hoc accidit quia multum habent pinguedinis et vinctuositatis. quia picem desudat. Hec arbor corticem habet durum extrinsecus et rugosum. sed interius habet humorem pinguem et viscosum. qui a calore solis attractus exterius in eitate co-

uertit in refinam que quidem primo ex se est subalbida et per decoctionem quando pie efficitur reddit valde nigra. Est autem valde odorifera et odoriferum facit fumum. sed per multam decoctionem dimittitur odor eius. folia habet multa sed gracilia et acuta, et viret hyeme et estate. Et cum sit arbor pinguisima, in locis tamen crescit montuosis valde aridis et lapidosis, et cum sit arbor multe pullulationis tanto plus in altum crescit quanto in ferius plures ramos perdit, unde ramus precisus versus terram plus se dilatat in comam versus celum. lente crescit propter viscositatem humoris et grossiciem qui cito se digeri non permittit, a suis corticibus spoliatur et nudatur ut plus duret, nam inter corticem et lignum generatur vermes quando incipit desiccari, et illi vermiculi corrodunt lignum et ideo cortices extrahunt ne ex corrupto humore generentur vermes ad ligni conservationem dicitur esse precipua medicina. Dicit autem plinius libro. xvi. q. pinus sicut et alnus sub terra profunde cooptus diu durat, et ideo si cauetur pinus ad aqueductus et obturata profunde in terra multis durat annis, et super terram iacens et in loco humido ac pluuioso corrumpitur citius et senescit que totaliter in aqua occultata sub terra ex aque fluxu indurescit, diu itaque durat sub tecto nec defacili admittit cariem nec teredinem nisi per stillantem pluuiam corrumpatur, sed sub terra profunda diutissime ab omni putredine conseruatur. Conuerso autem abies sub terra in aqua cito putrescit, firmissima vero est infra tectum, ut dicit plinius libro. xxi. cap. x.

Capitulum CXXII

De pinea
Pinea dicitur pini fructus, ut dicit Plinius, in imo iuxta stipitem grossus et rotundus, in summo vero pyramidalis et acutus, in principio est viridis, sed quando bene maturus est alterius coloris efficitur et colore castanee coloratur. At est pinea nux maxima continens in se pro fructu gra-

na multa, que in testis durissimis sunt inclusa, que quidem per ordinem sibi inuicem sunt connexa, et tamen ne vnum tangat aliud testatum suarum folliculis quasi quibusdam parietibus muro nature artificio sunt distincta. Sunt autem sic ordinata grana, ut maiora maiorem et grossiorem partem occupent, et minora minorem teneant ordinatissime et ad graciliorem locum et acutiorem sub maiori partem se inclinent, nam pars grossior superius per quamdam caudulam adhaerens arbori represso ad terram acumine inferius aliquatulum se inclinat, et est pinea fortis adhaerentis et magne conglutinitatis quod diu recens est, et a sua pingui humorositate nodum vetustate aliqua desiccatur, consumpta pinguedine siue humore viscoso desiccata pinea dissoluitur, et sic pars a parte et nucleus a nucleo separatur. At ideo secundum Dioscoridum et Placitum, quando est vtendum nucleis pinee oportet vt in tegra pinea ponatur supra carbonem et leniter exuratur, et sic duplex cortex eius, interior scilicet et exterior auferatur, et tunc valde medicinalia sunt grana ista, habent enim virtutem leniendi et humectandi et aliquatulum apiendi et mundificandi membra spiritalia, et tussim mitigandi, et hemicis et consumptis subueniendi et sanguinem augmentandi. Cortices etiam eius sunt medicinales, habent etiam sua simplicitate virtutem sistendi sanguinem maxime menstrualem, et etiam distentericum fluxum ventris restringendi ut dicit platearius et plinius libro. xv.

Capitulum CXXIII

De pice
Pini lacrima est per decoctionem ignis cum nigredine indurata, ut dicit Aldozus. Piceis autem duplex est species, scilicet naualis qua naues in deliniuntur, et eam rime ne subintret aqua pice beneficio obstruuntur, et liquida et vtraque calida est atque sicca. Alio tamen modo componitur dura, et alio modo liquida, et a multis colophonia vel pice greca dicitur, quia in grecia in quantitate maxima inuenitur. Vtraque est medi-

Liber xvii

cinalis. virtutem enim habet dissoluendi et consumendi. unde valet contra vicia splenis et eius opilationem. et in multis alijs ponitur malagmatico et emplastris. Et dicit etiam Dyasc. q. valet contra venus et moribus venaticis succurrit cum sale trita. pira autem ignem inflamat maxime tangenti inquinae maxime calefacta. vestes mundas et candidas sordidat et maculat cuius macula quo ad colorem et odorem vitia vestium deletur.

Capitulum CXXIII.

De piro

Pirus est arbor fructifera. sic dicitur quia in specie ignis est formata. nam eius fructus a lato incipit et ad modum ignis in angustum finit. ut dicit Isidorus libro. cxxij. Pirus dicitur arbor sed pirum eius fructus est. et fructus eius est ceteris fructibus ponderosior. ut dicit idem. unde patrica pira videntur ponderosiora esse quam multa poma ut dicit idem. etiam si torulo iumentis apponantur. De piris autem sic loquitur ysa. in dietis. dicit enim. Piroziam ducunt species alia est siluatica seu agrestis. alia domestica et ortensis. vtriusque autem piri frondes et rami sunt stipitici et constricti. sed fructus inter se multum differunt. Nam pira agrestia magis sunt pontica et terrestria magis frigida et sicca quam domestica. magis insipida et dura gustui quia plus generaliter indigesta. et ideo cibo non conueniunt sed solummodo medicane. quia vehementer constringunt ventris fluxum et reprimunt colericum vomitum si decocta in aqua fluuiali super stomachum apponantur. Domestica vero pira imatura sunt pontica grossa et dura et ad esum insipida atque mala tamen per elixationem et decoctionem in aqua dulci et mellis seu alterius dulcis appositionem eorum potest terrestrietas aliquantulum digeri et asperitas temperari. nec sic tamen multum conueniunt cibo sed potius medicane. Pira domestica matura frigida sunt et sicca. quorum stipitica substantia cum aquosa dulcedine est admixta. Et ideo conueniunt

tres scz calamita .i. bona gutta et prima. que prius ab arbore effluit et emanat alia est storax rubra que fluit post primas que est purior. tertia est storax liquida in colore rufa. in odore suavis. in sapore pontica. in substantia magna. et in manibus malaxari potest. Que autem dulces habet saporem sophisticata est. discernitur autem sophisticata. qz si vetus est dum malaxatur piluentsatur et in frusta cadit. si recens est humectat nimium inde manus et non satis inuiscat et plus habet dulcedinis quam deberet. liquida non sophisticatur. Inter has tres species calamita marie est virtutis. cerebrum mire confortat. si mus eius omnem reumaticum fluxum sedat. Aphala ex ea facta gingiuas et dentes motos roborat et confirmat. menstruis imperat. contra tussim et raucedinem bene iuuat. vtiliter vero ponitur storax iem plastris contra tineam et postulas capitis et multas alias passiones. Nucisqz dyasco. et plate. fumus storacis vt di. 318. purgat aerem corruptum et fugat omnem vaporem et fumum pestilentem.

Capi. CXLVIII

De sicomoro

Sicomorus est ficus fatua in folijs moro similis in alijs sic specieciem tenet. vt di. magis in hystoria li. xxvij. Sicomorus et morus grecanota sunt. Et dicta est sicomorus qz i folijs moro est similis. Hanc latini celsas vocant. moro enim longe pterior et maior est. Vel fm alios dicitur a file qd est ficus et moros qd est fatuitas quasi fatua ficut sicut di. glo. sup. Lu. xij. Et est secundum Dyas. sicomorus ficus siluestris fructus quosdam pferens subdulces s; nunc qd pueniunt ad maturitatem sicut de caprifico dicit. Pl. li. xv. ca. xij. siluestris ficus nuncq; maturescit. aliqui tamen comedunt tales fructus. dicit etiaz Dyasco. q sicomorus lapide cotulus emittit lacrimam ad modum gummi. et idem est medicinale. nam succurrit moribus venentis si bibat. tumoresq; splenis cōpescit. dolorem stomachi tollit.

De spina Capi. clix.

Spina dicitur arbor aculeata sic dicta. qz spinarum acumine velut quibusdam spiculis extra tangentium iniurias est armata vt di. 318. a cuius similitudine dicitur spina torti ppter radiolos ossium que sunt acuta sicut spine. Spina autem ppter dicitur ipse aculeus qui a stipite exiens spissus et grossus in sua extremitate pyramidalis efficitur et acutus. Cuius roem potest inuenire supra eodem libro vt dicitur de arbore in generali et dispositione arborum vbi dicitur q non est de intentione nature q arbores sint spinose sed accidit ex raritate plante per quam attrahitur humor frigidus parum coctus qui per poros ad exteriora attractus a calore solis ad spinam coagulatur. et ppter paucitatem materie que attrahitur in fine acuitur et pyramidaliter figuratur. et hoc aliquando cum quadam indinatione. vt est videre in rubis et in rosetis. aliquando in erecto acumine ad modum spiculi siue teli. Spinarum autem frequentia signum est terre sterilis vel inculte. et est quasi generale q omnes frutices et arbores que multum sunt spinose. mutuo se conueniunt et alterutrum se muniunt et defendunt et contra manus sibi resistentius pugnant et vulnerant. nuncq; tamen inimicem se ledunt. ppter suam densitatem radios solares interceptiunt et rotas celi guttas ad ea que sub eis sunt descendere non permittunt. et ideo que iuxta spinas vel intra seminantur non defacili conualescunt spinarum punctura manus vel pedes sepius vulnerantur et non cessat dolor nisi de locis lesis totaliter extrahantur. ppter sui acuitatem et puncturam vix sine falce vel sarculo ferreo euelluntur. et cum fuerint auulsi. alligantur per fasciculos in clibano exaruntur. sepe etiaz inter spinas apparent flores et etiam fructus multi. Sed ppter florum molliciem. non mollificantur spine. immo deficientibus folijs remanent spine et amplius indurantur propter eorum naturalem siccitatem defacili in igne accendunt et vehementer inflamauntur et scintillantes ac crepitantes sonitum non modicum faciunt. sed

statim postmodum aduhsilantur. sicut dicitur
cir glo. super **Ecc.** viij. ca. non tamen spi-
ne penitus inutiles sunt. imo multis vti-
bus congruentes. nam ex spinis fiunt se-
pes quibus homines se et sua muniunt. ml-
tiplices etiam generant fructus vtilis-
quos defendunt. quere supra de rubo in
littera R.

Capitulum CL

De lignis sethim

Ligna sethim esse dicunt quidam
arbores spinose leues imputri-
biles similes albe spine que gre-
ce achantis dicitur. sicut dicitur sup. **Exod.**
xxv. vbi dicitur. **Sethim** nomen est regio-
nis montis et arboris. que albe spine fo-
liis est similis et est leuissimum lignum spu-
trabile incremabile. Unde dicitur in auro-
ra. ligna sethim torpent nulla putredine
iustos. Signant in celis qui sine fine ni-
tent. Spinam sethim vocant quia vixit pe-
nis acerbis. Et quia tormentis itur ad a-
stra dei. **Scom** **Dyasc.** et **Pli.** dicitur esse
striptica et constrictiua et fluit sanguinis
sedatiua. folia autem aspera spinosa et albi-
da. florem habet purpureum et virgulas
longas ad grossitudinem manus digiti
in quarum summitatibus habet capitella
spinosa semine rotunda plena et valet con-
tra venenum et fugiunt serpentes odore eius
et potatum valet quia putrida membra fo-
uet et iuuat etc.

Capitulum CLI

De sentice

Sentice genus est herbe vel fru-
ctus habentis aspera folia pin-
guia et diuisa ut eruca virgas
habet duorum cubitorum. et dicitur sentice a situ
vbi crescit quia inter dura et inculta cre-
scunt sentices sicut spine ut dicitur **3^o d.** ca-
pitella habet ut carduus cuius radix est
tufa longa pinguis. et est etiam medici-
nalis et subuenit combustur ut dicitur **Dyasc.**
et valet contra intrinsecam conpuncturam
cybalij habent. contra venarum intrinse-
ca in compactionem

Capitulum CLII

De sepe

Sepes pisces est genus munitio-
facte ex sentibus spinis atque li-
gnis. nam sudes siue pali in ter-
ra figuntur circa quos spine et virgule circa
nectuntur. et sic tomus vel segetes sepe
beneficio muniuntur. et dicitur hic sepes
huius sepe. **En** **Ecc.** **xxvi.** vbi non est
sepes diripiet possessio. Circa sepes etiam
latitant venenosi vermes ut tane colubre
et serpentes. vbi a sepe dicitur seps serpens cu-
ius venenum non solum corpus. verum etiam
ossa destruit et consumit. vbi **Lucanus**
3^o d. dissoluens cum pectore rapificus
seps etc. et ideo iuxta sepe dormire peri-
culosum est propter latentia venenosa. **Se-**
pes ymbribus et caumati bus exponuntur
cito deficiunt nisi renouentur. et dum res
alienas custodiunt soli exposti paulatim
se consumunt. et tandem ericcati et putre-
facti non nisi incendium premerentur. **A se-**
pe autem siue a sepe sepe dicitur septem
septem. i. ambitus. locus scilicet circūduasus
dicitur eius intra septem templi id est
intra ambitum seu clausuram.

Capitulum CLIII

De sude

Sudes sudis est palus vtraque ex-
tremitate exarctur a suo suis di-
ctus. quia sepes quasi consuta sudibus vide-
tur. eo quod sudes per eam ex transuerso figi-
guntur ut dicitur **3^o d.** **fm** **Hug.** vero sudes dicitur
a sudo dis. vel a sudus da. dum. quod est
mundus et purus eo quod sudes mundantur
et purificantur priusquam terre infigantur
que tanto fortiozem faciunt sepe quam
toplus in terra profundantur. et virgule eas
confluentibus fortius constringuntur. et
est sudes feminini generis. et dicitur hec
sudes huius sudis. ut dicitur **Hug.** et ou-
dius mef. dicitur. que coniuncta est hūme-
ris ceruix sude figuratur combusta etc.

Capitulum CLIII

De filiqua

Filiqua est genus leguminis foli-
nozis foliibus et vacuis quod ma-
gis onerat quam reficit ut dicitur glo-
super **Lu.** **xx.** **fm** **Hug.** filiqua dicitur foli.

ulus cuiuscunq; leguminis et purgamen-
tum et quo porci nutriuntur. **¶** **I**dem .autē
li. xvij. dicit siliquon quam latini incor-
rupte siliquam vocant. ideo tale nomē
a grecis accepit. qz est arbor cuius fructus
est dulcis. **¶** **S**ilon qui ppe lignum dicunt
liquon dulce et huic sententie cōcordat
glo. sup **E**xo. c. xxiiij. vbi dicit qz fructus
silique sunt pdulces et habent longitudi-
nem vnus digiti et pollicarem latitudi-
nem quoz cortex manducatur. vt di. idē
li. xiiij. ca. xx. qz aliqui dixerunt eam esse
ficum egiptia. sed hoc ē error manifestus
qz in egipto non crescit sed in sitia.

Capitulum CLV

De sinapi

Sinapis dicitur a sin qd est filius et
napus eo qd folijs napo sit simili-
lis vt dicit **I**si. li. xvij. **¶** **D**e sina-
pi dicit **P**li. li. xx. c. xxiiij. **¶** Inter has qz
piragoras laudauerat herbas asserit pri-
mam laudem tribuisse sinapi et dic eam
inter herbas obtinere principatum. ca-
lida est et sicca in quarto gradū humo-
res grossos et viscosos extenuat atqz pur-
gat. serpentum et scorpionum ictus ad-
dito aceto sanat. fungoz venena superat
ventium dolorem mitigat ad cerebrū pe-
netrat et ipm mirabiliter purgat. cōstin-
git lapidem et menstruis impat. appeti-
tum puocat et stomachum cōfortat. epi-
lēticos iuuat. et ydopicos curat liturgi-
cos et arat. reos mltū iuuat. capillos mū-
dat et ex casū opelat. icōgruos aut sonos
aurium et tinnitus tollit. oculoꝝ caligi-
nem dērgit et asperitatem palpebrarū
lenit. paliticis subuenit. qz poros aperit
et humorem infundentem neruos et la-
tantem et insensibilitatem inducentē
dissoluit et inducit et cōsumit. has et mltas
alias ipsius laudes pdicat **P**li. et vir-
tutes. et dicit qz maior est virtus in semi-
ne. semen tamen minimū in qzitate et
maximū in potestate. multū enī est ca-
lesfactiū aptū et cōsumptiū et
sui multiplicatiū. et vno enī grano mi-
nimo maxima planta pducatur que frō-
de flore et germine inmensum dilatat
semen eius in quibusdam folliculis siue

tecis oblongis et rotundis crescit. et illa
tecarum beneficio vsqz ad maturitatem
conseruatur. flores autem sunt multum
crocei et odoriferi. et cum tota herbe sub-
stantia seruida sit et austera. flores eius
maxime ab apibus diligunt et frequen-
tantur vt dicit **P**li. et tamen nunqz cō-
tingunt flores oliuari vt dicit **P**li. lib.
xx. ca. xij. ita etiam se multiplicat vt vbi
semel seminat vix locus inde vltterius
liberatur et vbi semel cadit prius vix
vt di. idem li. xij. ca. ix.

Capitulum CLVI

De semine

Semen est quod in agro spargi
tur ad gignendum fructum qz
uis per quandam appropriatio-
nem dicatur animalium qd emittit ad
pcreandum fetum. vt dicit **I**si. **¶** **S**emē
tis vero est semen frugum quādo est tps
seminandi scz actus seminationis. a mltis
etiam dicebatur quōdam dea vel to-
mina seminationū. seminariū vō est vni-
uscuiusq; rei erordium vel vas in quo se-
men ponitur seminandū. sed seminū di-
citur qd a semine est lucratum. ita dicit
Dug. et ponunt versus differentiales in
grecismo. **¶** Est animatoꝝ semen campiqz
sator. **¶** **S**ementis pprie sementiniū qd i
archa. **¶** **A**uditur atqz suo sparget tem-
pore in agro. **¶** **S**eminum cuiusq; rei di-
catur origo. **¶** **S**emen autem vt dicit **P**li-
nius li. xvij. ca. xxiiij. **¶** **S**emen bonū est
anniculu in bimū vel trimū. **¶** **S**ed vlt-
terius parum valet et ideo illud granū
quod in area subsedit semini seruandū
est. est enim optimū quoniam grauis-
simū. et est illud semen optimū qd
est magis ponderosū et interius ma-
gis album. **¶** **S**im qualitatem autem terre
est semen tenuius vel rariū seminandū.
similiter citius vel tardius. nam in locis
humidis celerius ne semē ymbre putre-
scat. in siccis vero tardius vt pluuie se-
quantur. nec diu iacēs semen vltro eua-
nescat. **¶** **E**st autem serendum minus d se-
mine in terra pingui et humida qz i ma-
tra. qz in terra pingui i principio nimis
crescit et per sui multiplicatiōez nimia

in sine mutuo se destruit opprimit et confundit. Quid celerius et citius seminatur debet esse densius quam quod tardius solo commendatur. Semen enim serotinum debet esse rarum ne nimia densitate necesse. Artifici quoque est semen equaliter spargere. nam manus congruere debet cum gressu semper quod cum dextro pede. nec est transferendum semen de locis frigidis ad calidiora nec e converso. nihilque in contrariis propiciendum est. Semen seminatur in macro solo raro facit culmum. spicam mixturam generat inanem. pinguius arua ex rana seminis radice fundant segetem numerosam. In autumno vero circa equinoctium est tempus congruum seminationi. similiter et in vere. sed in recta prima segetum non est. quod post per hiberna semina cum ante primam seminantur septima die erumpunt. sed post primam vix infra quadraginta. Ducisque Plinii ca. xxiij. Semen itaque est granum modicum et rotundum habens in se virtutem siue speciei multiplicatiuam et conseruatiuam. vnde cum semen terre committitur ex humore turgescit. et ex calore terre indulo partes rarificante et humores circumstantis terre ad sui temperamentum attrahente inhaerescit et grandescit. et sic cuticula seminis scissa germen paulatim emittit. et radices inferius in terra figit quibus continue nutrimentum sibi haurit sic tandem vi caloris terram insensibiliter aperit et erumpit. ex se producit culmum frondem florem semen et fructum. et quousque modicum sit quod seminat. maximum tamen est quod ex semine generatur. a stultis putatur prodi semen quando seritur. et tamen meliori modo quam per seminationem nulla tenus custoditur. In semini etiam viget seminalis ratio in qua operatur calor naturalis et ad eius augmentum piter et nutrimentum humoris nutritualis attrahitur vi caloris. De semine autem mediante culmo surgit spica que secundum Iulium. li. xvij. a spiculo dicta est eo quod in spica producant aristarum culmina que ad modum spiculorum sunt acuta. ad hoc enim facit natura aculeos in ipsis spicis ut contra subitios auium mutatarum et vermiculorum

mosius in spicarum summitatibus eunt arma; ut dicit idem. Spica autem secundum diuersorum seminum naturam se diuersificat in figura. nam quibus est lata ut in ordeo. quibus triangula ut in spelta. quandoque tetragona seu quadrangula ut est in tritico. aliquid est rotunda. ut dicit Plinius. et Aristoteles. Est autem spica in culmi summitate multis folliculis circumdata in quibus velut in matrice grana seminalia nutritur et usque ad maturitatis tempora conseruantur. Qui quidem folliculi erumpentes cum grano primitus manent clausi. deinde paulatim turgescuntibus granis matime in tritico fiunt scissi ut dicit super li. Aristoteles. de plantis Spicarum capita generaliter in principio calore eleuante sursum eleuantur. sed quando tendunt ad maturitatem ex granorum pondere infertius aliquantulum inclinantur. preterea quando sunt spice in virore et corrupto aere et rore perfuse in corruptelam et aruginem conuertuntur. ymbre vero et rore congruo perfuse et calore celesti modo tributo circumfere citius maturescunt et propter roris humectationem grana sua de folliculis cadere non permittunt. ut dicit Plinius li. xvij. Item dicit Constantinus et ysa. et alii. Et bonitate autem terre cognoscitur bonitas spice quod in terra bona et pingui generatur spica bona. quantitate magna et granorum numerositate multiplex ac referta. in terra vero fida et macra e converso. ut dicit Plinius libro eodem.

Capitulum CLVII

De stipula

Stipula ab vsto est dicta quasi stipula. collecta enim messe stipula vritur propter culturam agrorum ut dicit Iulius. li. xvij. vel stipula dicitur a stipulo siue a stipio pas quod stipula facit culmum quem stipat ut dicit Vegetius. Est proprie stipula idem quod stramen vel palea cum folijs et vaginis quod relinquitur agro spicarum multitudine percisa falcebus et a messoribus collecta. et hec stipula a multis recolligitur ad diuersos vsus. Nam quidam inde tomos tegunt. quidam

loco straminis stipulam sibi stetrunt. ad
lij palearum vice animalia inde reficiunt
alij vero stipula ignes nutriunt et panes
et cibaria inde coquunt. vt dicit Plinius
li. xvij. ca. cxx. que supra de palea in lite
ra p. stipula quidem est res leuis et con
caua et sicca et hispida. et vento subdita
et ab igne facillime inflamata. vt di. ides

Capitulum CLVIII

De simula

Simula tritici est medulla. fari/
na se purissima et delicata vnde
fit panis nobilium qui simula /
go proprie nuncupatur. et est flos tenuissi
me forme mundissime et albulime et mol
lissime ac diuersis cibis apte et etiam me
dicinis. quere supra de farina in littera f
et de polenta in littera p.

Capitulum CLIX

De scopia

Scopia est arbor a scopando dea
a scopo pis vel a scopo pas. quod
idem est qd purgo as. eo sic dea.
qd ex eo scopentur tecta vt dicit Plinius. li.
xvij. bec a multis dicitur birch et habet
folia leuia sicut tremulus eo qd eius fo
lia cum sint tenuissima leuissimo vento
rum agitata tremere videntur. multas
habet virgulas duras et nodosas. quibus
pueri torris denudatis sepius castigant.
Et eius etiam ramusculis fiunt scole q
bus purgantur tomos a puluere et alijs
sordibus euacuatur. semina quedam fa
cit vacua ad modum quisquiliarias siue
siliquarum quibus vtuntur homines sil
uestres loco panis. habet autem bec arbor
multum de succo acido aliquantulum pu
gitiuo. vnde solent homines in vere et in
autumno cortices incidere et humores
effluere em recolligere quem bibunt lo
co vini. talis siquidem potus stim sedat
et compescit multum inflat. vt dicit sed
non reficit nec inebriat neqz nutrit Ide
etiam succus i aliquo vase sub diuodiu
a calore solis decoctus corrumpitur et pu
tescit. et conuertitur in pinguedinem et
efficitur vt vnguentum. Multi etiam
trahunt per ignis decoctionem ad mo

dum picis et quis sit horribile et nigrum
fetidumqz. tamen multis vsibus est ne
cessarium. et ideo siluam homines in de /
sertis semine et succo istius arboris vtili
tur pro annona p vinea et etiam p oli
ua vt tangit Plinius vbi agit de arbor
succis. li. x.

Capitulum CLX

De stupa

Stupa est purgamentum cano
pi siue lini. Et dicitur secun
dum antiquos stipa. eo qd ex ea
time nauium stipentur. vnde etiam et
stipatores dicuntur qui eam preparant
in vallibus et componunt. vt dicit Phi
dorus libro. cxx. vbi agit de lanis. per mul
tas autem carpinationes et retriuationes
stupa a lini vel canopi substantia sepa
ratur. separata grossior nodosior hisp
dior et breuios inuenitur. et ideo ad ven
dendum et filum componendum no est
multum apta. fiunt tamen inde fila mul
tum grossa et mequalia et nodis plena es
quibus fiunt licmina necessaria vsibus
candelarum. Nam cum sit magne sicca
tis de facili inflamatur vnde subito accē
ditur et citissime redigitur in cinerem et
fauillam. et quando extringitur amarus
reddit fumum. tetrum oculis et naribus
nocuum. vtilis autem est stupa medici
ue quando a suis hastulis est bene purga
ta. valet enim ad vulnera desiccanda et
sananda ad mitigandum arsuram et rei
primendum tumorem oculorum. vt di.
Plinius li. xij. ca. x.

Capitulum CLXI

De taro

Tarus est arbor venenata. et cu
ius succo venena torica expr
muntur. Arbor est fortis et proce
ra habens ramos grossos flexibiles et lo
gos et quibus faciunt parthi arcus. sicut
dicit Phidorus libro. cxx. vnde porta ta
ri torquentur in arcus eius vmbra eno
cia et tormentibus sub ea mortifera.
Cuius succus nimis larat. cuius carbo
ignem grecum seruat inextinguibilem.

vt dicit Dyasco.

Capitulum CLXII

De tabula

Tabula a teneo nes est dicta. et est in vna significatione mensa diuitum quasi tenabula. eo qd holos teneat ⁊ vasa ⁊ mensalia que desuper apponuntur. sup pedes erigitur ⁊ quodam limbo arcu ducitur ⁊ ambitur. alio modo dicitur tabula alea in qua luditur et hec duplicatur et diuersis coloribus insignitur. tertio modo dicitur lignum planum ⁊ tenue in quo posito colore littere inscribuntur. Quandoq; complanantur breues asseruli et attenuantur atq; coactuantur ex vtracq; parte parum. ⁊ artificialiter compaginantur et replentur cera nigra viridi vel rubea ad scribendum. Et dicitur tales asseres tabule. eo qd teneant litteras. que in eisdem tabulis sunt conscripte. Tabule autem tanto sunt meliores qd ex ligno planiori ⁊ leniori ⁊ duriori componunt. Alio modo dicitur tabula a tegendo quasi tegula asserlogus latus serris diuisus et lectus cum securibus vel volatus. nam hmoi ligna ad domos tecta sunt ⁊ vtilia. qd ex eis fiunt tabulata. s. laquearia et alia edificia ex tabulis tabulis artificialiter composita et compacta. arte mira et multiplici castatura disponuntur post multiplicem superfluum resectionem. vt tales tabule inuicem equaliter coniungantur. Domos ornant et tamen posite in salarijs cum omnibus deseruiant. ab eisdem tamen quibus seruiunt continue concalantur. trabes qd eisdem p latum sibi inuicem habent quasi equali distantia suppositas quarum sustentaculo se defendant vt minus incuruetur quando a pavimento vel alijs rebus suppositis ipsa tabula nimium onerant. nauibus componendis. pontibus construendis cistis et alijs utensilibus fabricandis tabule necessario reparantur et volantur clauiculis et alijs artificijs compaginantur. ad tabulas etiam confugiunt naufragantes ⁊ a piculo sepius liberantur.

Capitulum CLXIII

De trabe

Trabes est lignum transuersale qd ponitur per latitudinem domus ex vtracq; extremitate parietes tangens et tenens. ne lapsum vel incuruationem propter suam altitudinem patiantur. Et dicitur hec trabes vel trabs a traho his. qd ab vno pariete ad alium trahitur cui insiguntur. et vnitur. vt dicit Augustinus. Oportet autem vt trabs sit longa fortis et spissa ⁊ maxime circa medium ne forte si fuerit nimis gracilis in medio incuruetur. vnde propter incuruationis periculum sepe oportet vt columna vel statua sustentetur. Nam lignum si ponitur per transuersum sustentaculo indiget. qd erectum alia sibi superposita defacili sustineret.

Capitulum CLXIII

De therebinto

Therebintus vt dicit Isidorus li. viij. arbor est resinam sudans omnibus alijs prestantiorem. cuius resina dicitur therebintina. et est multum medicinalis. Nam sicut Dyasco. eius folia fructus cortices et semina ficticia sunt et simili diligentia colliguntur sicut tini. et sunt contraria moribus venenosis. Eius resina est bona que est munda limpida et aromatica. in colore rufa. et habet virtutem dissoluendi et laxandi et maturandi. et ideo potest contra apostemata dura et alias collectiones tantum in capite quasi in membris. De therebinto autem dicit Plinius libro xij. Siria inquit therebintum habet. et est species eius duplex. s. mascula et illa que est sine fructu s. femina. et hec est duplex. vna habet fructum rufum magnitudine lentis. alia pallidum magnitudine fabe. rest fructus odore iocundus et tactu pinguis et resinofus. Et est in siria arbor magna ⁊ ei materies lenta ad modum et durabilis quando vetustate nigrescit et splendet. Eius folia sunt densa et hinc quosdam folliculos quedam animalia vt culices emittentes que corticem terebant et sic cortice perforato gurte resinose effluunt et emanant. Item Plin. li. xxiij.

Lib. XVII.

ca. vi. therebintina radice et folia in vino decocta stomachum confortant. contra dolorem capitis iuuant. placet therebintia odoratissima ras siriaca q̄ cypria pura p lucida et subalbida cum aliquo rubore. et illa que est montana potius q̄ capestris vulnera sanat et purgat.

Capitu. CLXV

De thyna

Thyna sunt ligna quedam p̄cio sissima ad modum heleni ex quibus salomon fecit gradus et fulcra in domo domini. unde dicit glosa. iij Regum. x. ca. super illum locum. Attulit autem byzam et ophir ligna thyna. et ligna thyna sunt impuribilia et spinosa i similitudine alte spine rotunda et candida et valde fulgentia et polita instar speculi siue ynguis. vñ i eis resulat imago sicut in yngue. in igne non comburuntur. neq̄ in aqua resoluuntur sic nec ligna sethim et multi crediderunt eadem esse ligna.

Capitu. CLXVI

De tirsio

Tirsus est tam arborum q̄ olerum et herbarum frutes medius sic dicitur eo q̄ te terra sursum est erectus vt dicit Papias. Est itaq̄ pars plantae superior tenerior viridior et mollior ac pulchrior. celi o vicinior. a terra remotior. rore celi p̄fusior. folijs et ramulis tenerissimus plenior. et est melior in medicina. nam in tirsis maxime viget virtus herbe.

Capitulū CLXVII

De tigno

Tigna sunt ligna que a parietibus vel muris vsq̄ ad cacumen edificij sunt erecta supportantia totū tectū ad modū coni vel pyramidis sursum tendunt et paulatim se inclinantia ad alterutrum in cacumine montuose cōtingunt. Et dicitur tigna a regendo vel a tegula. q̄ tegulis ad sustentationem tecti supponunt. tegule autē dicitur ligna que dam longa valde et alij tulum lata p̄ij

na et tenua que ex transuerso tignis mltis clauiculis affiguntur et in eis etia afferes vel lateres suspenduntur. Sunt autē tigna fortia dolata et quadrata et cōplana. sunt autem tigna fortiora et grossiora versus domū et exilia et minus fortia versus tectum. exterius lateribus et assibus vel straminibus onerant. interius vero pulcristaquearibus decorant et in ipsis laqueant et figuntur. Et dicitur laquearia asseres que interius ad decorem camere tignis cōiungunt. et a tignis dicitur tignari qui tectoria tignis inducit. vt dicit Papias.

Capitu. CLXVIII

De tritico

Triticum a tritura est dictus. vt purissimum in horreo seu granario recondatur. vel quia granus eius commolitur vel teritur vt edatur. vt dicit Isid. li. viij. Est autem duplex triticum scilicet rubrum exterius in vtraq̄ extremitate acutus. in latere scissū sicut albidissimum graue et ponderosum et illud genus est optimum. vt dicit Plinius. Aliud est colore croceum exterius. interius vero album. in superficie lucidum et leue frangi difficile. De proprietate autem et generibus eius quere supra s̄fructu in littera F. Sic dicitur ysa. in die et diuersificatur triticum ex diuersitate soli in quo seminatur. nam quod crescit in terra pingui atq̄ putribili crassius est et pinguius atq̄ ponderosius et nutritius q̄ id quod crescit in terra macra siue sicca. unde bonitas tritici intenditur ex bonitate soli et econuerso. Triticum autem ex diuersitate temporis variatur nam quod nascitur tempore moderato i quantitate et qualitate erit perfectum ac medulle multe et corticis valde pauca et optimi nutrimenti. Immoderato vero tempore exortū imperfectū. Ites differt s̄m vetustatem et nouitatem et diuersitatem. nam quādo est vetustū longo tempore cōseruatū nimis efficitur siccū et durum ad digerendum et modice nutritiuum. q̄ tunc eius humiditas subacta calore aeris minuitur et nimis reficitur

Novum vero paruo tempe reservatum
p humiditate superflua ⁊ viscositate ter
re humidum est ac viscosum densum ad
digerendum durum et inflatum ven/
tositatis et rugitus ventris generatiuū
Mediū vero inter nimis nouū et vetu/
rum inter multam humiditatem ⁊ pau/
cam tpatū magis laudabile ē ⁊ amplius
nutritiuum. nam ex hausta humiditate
accidentali subālem humiditatem in p
te calor aeris tempat. et ideo tale triti/
cum magis est laudabile et meli⁹ nutrit
et bene digeritur. p dicit⁹ viscositatez ter
re et densitatem. Est aut triticum vt dic
ysa. calidū et inter humidum et siccum
tempatum. sed panis ex eo factus est ca
lidior ppter calorem ignis ⁊ coctionem.
Intenditur enī in eo calor naturalis p
calorem ignis actuaalem. Item hāc ppi
eratem habet triticū p cūctis granis q
nutribilius est ceteris. et hoc ppter simili
tudinem humane cōplexionis vt dī. idē
Item triticum est colatiuū et mūdifica
tiuū ⁊ lauatiuū. et ideo ius de eius fa
rina factum purgatiuū est pectoris ⁊ pul
monis. Item facit tyfanū de eo factū si
cur de ordeo. qz mūdificat ⁊ plusqz de or
deo. valet etiam cōtra tussim et sanguis
fluxum. Item triticū coctum cū oleo et
positum sup durum apostema dissoluit
illud. Item coctum triticū in succo rute
dissoluit coagulatōem lactis si mamil/
le inde liniant. Item tempatū cū succo
iusquiami et positū sup nervos prohibz
humores noxios ne descendant. Itē ei⁹
granū masticatū valet cōtra morsum ra
bidi canis. nam venenū extrahit. vt di.
idem De tritico autem fit oleū qd valz
ad multa. sed maxime cōtra pruritum ⁊
serpiginem et impetiginem si cū panno
albo bene cōfricetur qd fit vt virtus olei
possit melius subintrare. Itē cortex tri
tici siue fuffur habet virtutem colatiuaz
et mūdificatiuam plusqz farina eius sz
modicum vel nullum exhibet nutrimen
tum. Item vt dicit idem. Triticum re/
cens et nouum parui est nutrimenti et
quando comeditur crudum flegmaticū
est et inflatiuum et in lateribus volozē
cōmouet et rugitum. cito etiam conuer

tur in putredinem. et ideo lumbrici et
ali⁹ vermes nociui ex tali cibo sepius ge
nerantur. Alsatum autem mag⁹ nutrit
et minus ventositatem facit et multum
constipat et constingit. In aqua coctū
grauissimum est et multum inflatiuum
et viscosi humoris generatiuum. Huc
usqz ysa. in die⁹.

Capitulū CLXIX

De tyfana

Tysana sicut dicit glosa super. ij.
Regum. i. ordeum dicitur sic/
catum pila tunsum et recortica
tum et fit inde cibus apt⁹ illis q carēt de
tibus. ex tyfana fit etiam potus vtil pa
tientibus febres et alias calidas passio
nes quere supra de ordeo in littera Q
Calorem mitigat et alterat sitim sedat.
Et reclinatur hec tyfana huius tyfane. ⁊
penultima est producta. Ande alexāder
nequam sic ait. Torrice nudato tyfanas
ordea dicas. et dicitur a tpeon quod est
percutio. quia percutitur in pila dum de
corticator. potus autem inde factus tri
fanum dicit ab ysa. in die⁹.

Capitulū CLXX

De tribulo

Tribulus est frutex spinosus q
mollior est qz sit arbor et durior
qz sit herba. cuius due sunt spe
cies. s. maior que crescit iuxta sepes. vt
dicit Pl. li. xi. ca. xvi. Tribulus dura
res est septa villarū obtinet. in altū cre
scit sed cū nō habeat vires vt directe se
extollat incuruat et versus terram se re
flectit. dentes habet acutissimos acule/
os acutos et ventatos. ⁊ singule eius vir
gule a summo vsqz deorsum ad radicem
aculeis sunt munite. Alia est spēs tribu
li minor ⁊ crescit in locis palustrib⁹ et in
cāpis et est minor in longitudine ⁊ gros
situdine qz sit maior. Folia h⁹ minuta ⁊
rotunda. hastulas p̄icit longas teneras
rubeas sp̄as p̄ tra diffusas aculeatas p
totū ⁊ spinosas. Florem faciunt album
et fructum primo viridem deinde rubeū
tandem ni grū et hūc fructū diligit ser
pētes colubzi et bufones. nō talē fructū

comedere hostis non est tutum et cui ipsum comedere libuerit eligere dicitur illi qui a terra magis eleuatur et non nimis maturus qui ieger est et intactus a muscis vel a veribus non corrosus Tribulus autem campestris ut dicitur Plin. aratro et frugibus est inimicus. vitæ enim est et multum se multiplicat. et vitæ eradicari potest quando in aliquo radicitur agro. et ideo messes comprimunt et confundunt pedes et cura transeuntium et manus se tangentium multum ledit. et transeuntibus sepe cadere vel cespitate facit. vestes hominum dilaniat et disceperit et onium iuxta se pasqua querentium lanam rapit. et ideo dicitur tribulus a tribulatio quæ tribulat et ledit sibi appropinquantibus

Capitulum CLXXI

De thimo

Timus est herba valde aromatica vnde Virgilius redolentem thimo fragrantia mella cuius flos dicitur epithimum. et est flos medicinalis. habet enim virtutem melancholiam purgandi et flegma. et ideo valet contra quartanam et alias melancholicas passiones.

Capitulum CLXXII

De thimiamate

Thimiamata est quedam confectio preciosissima et onica et stacte galbano et thure preparata sicut dicitur Exo. xxx. et est dicta a thimo flore odorifero quod olet suaviter sicut thimum sicut dicitur Psal. li. iiii. ubi tractat de odoribus. talis autem confectio in usus hominum non debuit fieri quod dominus offerre in templo super altare thimiamatis hæc precepit. et ideo in ecclesia non rebus spiritus ex sponsa thurificari odore thuris. Unde etiam est quod allato thure benedictio super altare. si descendat thuribulum ad thorum aliud thure sine benedictione apponendum est et offerendum hominibus.

Capitulum CLXXIII

De thure

Thure est nomen arboris et etiam gummi inde emanantis. vnde Plin. li. xvij. dicit. thure est arbor

arabie immensa atque ramosa leuissimi corticis ad aceris quantitatem. succum aromaticum et album modo amigdale generans et effundens et masticatione in puluerem resolutum est intus pingue et igni appositum facile ardens. et appellatur apud nos masculus eo quod natura sit rotundum ad modum testiculorum. reliquum vero est planum et plene scabiosum. et est masculo minus bonum aduleratur autem admixtum. resine alte siue gummi sed sua cognoscitur propria qualitate. nam thure igni appositum ardescit. resina vero fumescit. gummi autem calefactum resoluitur et liquefit. Arbor autem vnde fuit thure dicitur libanus. et eius gumma a naturalibus ac medicis olibanum nuncupatur a monte arabie sic vocato sed a libano arbore fluens olibanum libanus nuncupatur. ut dicit Isidorus. Et dicit glo. super Eccl. xxiiij. super illum locum. Ego quasi libanus non iucisus etc. Libanus ut aiunt arbor est in arabia cortice et folio lauro similis fructum emit tens bis in anno scilicet in vere et in autumno. sed quod per se fuit in principio estatis melius est. quod vero in estate cortice inciso paulatim exire cogit. in autumno vero nec ita candidum est nec ita purum sed hoc quod primo adheret ramis et corticibus in estate induratur et a ramis seruo recolligitur. Thure optimus est quod album solidum et mundum odoriferum et rotundum ad modum testiculi ac oblongum. et ideo dicitur masculinum. thure vero quod apertis corticibus in autumno vel hyemis principio effluit non est alteri simile in virtute nec etiam in colore. quia illud album est et translucidum odoriferum valde atque mundum. thure vero secundarium et rufum est tenue et scabiosum. ut supra dicit Isidorus. Religio autem vbi crescunt thura est montuosa et pre altitudine rupium et scopulorum quasi inuia et inaccessa. ut dicit glo. super Ecclesia. supradicta. Nec omnia dicit Plin. li. xv. ca. x. et dicit glo. quod arabia est regio thura gignens sateam eiusdem regionis punitia maxime thurifera. et est terra ex vna parte mari et scopulis

ex altera vero montibus et rupibus vic
 accessa vñ thuris arbor sine culture cre/
 scit et terram argillosam diligit. **Dicitur**
 autem arales q̄ thuris non debet recolligi
 nec ei arbor incidi. nisi a sacris et reli
 giosis tempe collectionis. cō tactu mu
 lierū nō pollutis. et sic putat p̄ religio
 nis obseruantiam merces augeri. **Ite**
 idem ibidem ca. xvi. prima natural v̄n
 demia est circa canis ortum l̄ fortissimo
 estu. nam tunc eius cortex tenuissim⁹ la
 xatur et p̄silit inde spuma p̄guis que cō
 creta tenetur vbi loci natura polcit hoc
 purissimū est et candidū. **Secunda** v̄n
 demia est x̄sus hyemē corticibus inscis
 ratur hoc erit nec compadile est priori
Creditur a sit nouelle arboris gūmi esse
 candidius sed veteris efficacius et qui
 das putant in insulis melius gūmi. alij
 negant in insulis nasci. **Collecti** thuris i
 camelis defertur in ciuitatem que sabo
 triam dicit. porta ad hoc patente nec per
 aliam viam digredi licet ibiq̄ decimanē
 deo quem inuocāt. ibiq̄ in mensura et p̄
 dere accipiunt sacerdotes. nec ante ind̄
 licet mercari nisi prius deo debita portio
 offerat. candore p̄ batur et carbone si stat
 ardeat et inflamet. si ventem non recipit
 sed statim frangitur vel redigit in pulue
 rem vel in micam. **Ducusq̄** **Al.** fm **Dy**
asco. xero et **Plate.** **Thuris** est gūmi cuius
 dam arboris in alexandria. et dicitur oliba
 num alexandrinū. q̄ est purius et meli
 us. aliud inuenit iuxta damascum. et di
 citur damascenū et non est ita bonus nec
 ita purum sicut primū. **Est** autem cali
 dum et siccum. multū aromaticū; multū
 pingue et glutinosum virtutem h̄s cōfor
 tandi ex aromaticitate sua cōsolidandi
 et cōstringendi et cōglutinandi ex gūmo
 sitate sua. potenter stringit lacrimas et
 fluxum humorū descendentiū de capi
 te. p̄cipue qñ fluunt p̄ renas exteriores
 faciei si circa tempa eius peluis cū vi
 no albo et cum albugine oui emplastre
 sic etiam sedat dolores ventis et gingiua
 rum. masticatum thuris p̄hibet fluxū hu
 morū a capite ad membra sp̄sialia ad pe
 ctus vic et pulmonem. cōtra indigestio
 nem et acidam eructuatiōem multū va

let vinum in quo fuerit thuris decoctum et
 matricem cōfortat et mūdificat et cōce
 ptum iuuat fumus eius mictus puluis
 eius cum aceto graciliat et attenuat mā
 mas turgidas puellarum. cōquassatio
 nibus cum pice subuenit. dolorem auris
 um mitigat. mictum cū vino tumoribus
 intestinorū subuenit si cū vino bibatur
Ducusq̄ **Dyasc.** et **Plate.** **Dicitur** autem
 thuris fm **Isi.** a theros q̄ est deus. quia in
 deorū sacrificijs adoleatur. et fm hoc habet
 aspiratiōem vel dicitur a tundo dis. qz abi
 le ad tundendū et sepe tundit. et q̄to pl⁹
 tuuditur tanto plus redolet et facili⁹ in
 flamat. et tūc caret aspiratiōe. ex thu
 re incenso p̄cedit aromaticus fumus ad
 modum virgule. et est inferius gracil m̄
 tum mobilis multis circūuolntionibus
 amfractuosus. et se ad pres oppositas mo
 tu leuissimo circūuolens. versus supi
 ora se dilatans immutans aera et obum
 brans odoris sui fragrantia fetorez ca
 dauerum auferens. ad cerebrū directe
 penetrans sp̄m animale m̄ confortat et
 recreat p̄ cerebri ventriculos se diffūdēs

Capitulum CLXXIII

De vimine

Vimen viminis dicitur virga mol
 lis. et dicitur vimen eo q̄ habeat
 vim multam virosis. nam eius
 natura est talis vt etiam arefactū si in a
 qua abluatur iterum reuiescat. **Idem** **Isi**
do. li. xvij. ex viminibus fiunt necessaria
 vitibus vincien dis et toleis religandis
 ligamenta. vt patet supra eodem in lit
 tera s. quere de salice.

Capitulum CLXXV

De virga

Virga proprie est que de ramis nas
 citur. et dicitur a virtute eo q̄ in
 se vim multam habeat. et dicitur
 a virose. nam virtus que latitat in radi
 ce se p̄dit in virose virge. **Et** dicitur virga
 quasi vi regens. virga enī vruntur magē
 ad placandos serpentes et idarco in vir
 ga sustinent hos alligatos. **Virga** etiā v̄s
 tur philosophi reges et magistri. vt dicit
Isi. li. xvij. virga etiam vtunt viatores

agror et arearum seu prator dimensores legati et nuncij ac pastores. Virga siqui dem ex triplici componitur substantia scilicet cortice ligno et medulla. mediate medulla nutritur et vegetatur. mediate ligno et rigitur et sustentat. corticis vero beneficio regit. et ab exterioris aeris iniuria defenditur. Nam ut di. commentator supra lib. de plantis. Corticem habet p pelle arborum lignum p osse. medullam loco venie. Nam calor naturalis ex his potissime in medulla virge mediante ramo a quo pullulat humorem attrahit a stipite et radice et quod grossius et terrestrius est in attracto humore transmutat in lignum et in corticem quod vero aquosius est convertit in frondium multitudinem. et quod vinctuosius est et purius transmittit ad virge superficies ut inde producat florem ut tandem fructum generet atque semen. Nascitur autem etiam fructus de substantia virge sine ipsius corruptione et aliqua violatione. nam flos sensibilis virga egrediens et rumpens virgam non violat nec deflorat. sed fecundat eam potius ac perficit et decorat. virga itaque non percipit fecundationis gratiam nec potestiam generandi ex coniunctione seminis sicut alantia sed ex rore celesti piter et calore solis. Virga autem ex quo ascendit sursum semper tendit et suam summitatem versus celum. et rigit quousque perveniat ad perfectum incrementum. et est media inter ramum et stipitem seu radicem a qua concipit fructum. et inter fructum quem producit ex substantie sue rectitudine flexibilis est valde et defacili inclinabilis in quavis prementum. Item virga extrinsecus est arida et sicca et aspera et nodosa sed interius mollis est in medulla. et sub cortice humorosa. quanto autem virga plus crescit tanto a terra plus recedit. et quanto sursum altius sustollit tanto in eadem acumine gracilior et acutior invenitur. Item virga ex se debet esse erecta. sed quando est novella si casu aliquo ad terram incurvet difficile est ut indurata in illa curvitate ad rectitudinem revertatur. Imo sepe facilius frangitur quam rectificetur. quoniam vero virga invenitur curva in igne ponitur et per calorem eius rigorem et duriciem resolvitur et remollientem ad formam rectitudinis facit

alius reducitur. Item virga canibus est odiosa et parvulis quia virga eorum insolentia coercetur.

Capitulum CLXXVI

De virgulto

Virgultum a virga est dictum sicut dicitur. Virgultum est enim locus ubi multitudine crescit virgultum. sicut dicitur. Item. Virgultum est ramus qui de robore ipsius arboris pullulat. Sed virga dicitur de ramis oritur et procedit. Virgultum autem sine coniunctione seminis procedit. In hyeme videtur. in vere vero placet. quia tunc viret scilicet et florescit postquam rursus pullulat et reinvulscit a terra in suo ortu elongatur. et quanto plus crescit tanto plus versus celum elevatur. Aliquid dicitur virgultum viridarium vel virectum locus scilicet viridis et amoenus. plantis et herbis virentibus consistit sicut supra de orto patet. que in libro d.

Capitulum CLXXVII

De vite

Vitis dicitur a vinciendo quia vincitur et ligatur. sicut dicitur. Item. autem vitis est dicta eo quod vim habeat citius radicandi. vel id dicitur vitis eo quod vim habeant ut inuicem vitis se innectant vicinisque arboribus reptando religentur. Est enim eorum natura flexibilis quasi scilicet brachijs quibusdam quicquid comprehendunt vitis teneant et constringant et illa ligamina quibus arbores vel palos capiunt. capreoli dicuntur sic dicitur eo quod arbores capiunt vel mutuo se innectunt quorum adminiculo freti palmites ventos sustinent et turbines ne frangant. Dicuntur etiam corimbi. quia sunt sicut amuli quibus prima queque ligant ne longelaxati palmites ventorum flatibus dissipentur et sine periculo fructus suos sustineant. Vitis autem ista maxime conveniunt oblaqueatio. Oblaqueri autem est terram circa radicem aperire et velut lacus efficere ut radix humore abundantius humectetur et caloris solaris radio facilius penetretur. Item convenit eis putatio et est putare virgam ex vite super acua ressecare. cuius flagellum luxuriat. Item eis

conuenit paginatio. et est paginatio si a
gellum vitis supereminere et quasi porro
pangere et hinc pagines dicuntur prime
scilicet vitis extensiones. Item eis con
uenit fossio. et est fodere terram moue
re fossorio vel ligone. ut radices herbe su
perstue amoueantur et sic vites melius so
ueantur. Item eis conuenit pastinatio
pastinare autem est parillare. id est palos fige
re circa vites ut sustententur. ut dicitur. **Papi.**
et dicitur a pango gis. xi. quod idem est quod pa
los figere vel plantare. ut dicitur idem **fm**
fh. autem pastinare est fimo vel terro pi
gui vitem pascere vel nutrire ut ampli
fructificet. Item eis conuenit pampina
tio. est autem pampinare pampinos. id est
folia superflua de vite amouere ut vites li
berius aerem purum capiant et folijs non
obumbrate citius maturentur. pampini
autem ut dicitur **fh.** sunt folia quorum subsi
dio fructus vitis ab ardoze et frigore de
fensatur et aduersus omnem iniuriam pro
munitur. qui pampini ut dicitur **fh.** non sunt
intercessores solaris radius ad maturita
tem fructus facilius admittat. et sunt di
cti pampini. eo quod de palmitate pendeant.
ut dicitur idem **li. xxiij.** Item eis conuenit
vindemiatio. et est vindemiare de vite
ruas demere. quod fit quando fructus vinee pro
ciduntur et recolliguntur. De vitibus autem
dicitur **li. li. viij. c. xxiij.** Quis quando praecidit tunc
congruo et modo debito. ex praecisione vi
tes recipit et concipit materiam ex qua fru
ctus vel flores in posterum pariunt. nisi
enim praecisione castigaretur superfluoze tota
infectida et sterilis redderet. nihil enim
quidius nascitur. et ideo nisi vites ad pa
riendum seruentur non est paritura fru
ctus. In vite autem est natura ut ma
lit parere quam viuere. et ideo quicquid de ma
teria superflua a vite demit fructui accedit
vites vero putationis tunc quanto citius pu
tantur tanto plus effundunt de materia
et quanto serius tanto ferunt fructus uberi
orem. ita tamen quod putatio tempus debi
tum non excedat. unde vites graciles et
tenuis citius oportet putare. validas au
tem nouissime. Debet autem praecisio fieri
oblique inter duas gemmas. ita ut in pro
te opposita gemme praecisionis fiat vulnus

Ideo autem debet fieri oblique et non di
recte ut cito descendat et defluant guttu
le pluuiales per quarum frequentiam et
permanetiam super planam inscissuram
vitis summitas lederetur. et quanto vitis
